



# Discretio locorum legis et Evangelii in literis sacris

<https://hdl.handle.net/1874/402742>

THE  
EVANGELIST



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Rariora

E. Oct.

84











E 8° 84

E. oct.  
84

Rariora





DISCRE  
TIO LOCORVM  
LEGIS ET EVAN=   
GELII IN LITE=   
RIS SACRIS.  
PER  
PETRVM  
ARTOPOEVM.

*Additis breuibus definitio=   
nibus usitatis morum loco=   
rum communium.*

VITEBERGÆ. 1534.




IOANNES BUGENHAGIVS  
POMERANVS.

**H**I loci non opus habent nostra aut cuiusquam commendatione. Siquidem uerba sunt sacræ scripture, Dei spiritu nobis commendata, Debes uero optime Lector hunc tam commodum ordinem dictorū legis & Euangeliī Petro Artopœo conterraneo meo, quem olim maiora daturū speramus, Hic æditis libellis solet bonis literis ornare iuuentutem. Nunc autem etiam eo nomine nobis charus esse merito debet, q; sacra translatans, cōscientius prodesse studet cognitione legis & Euāgeliū, quando interim multi (proh dolor) stultis opinionibus turbatores esse malunt conscientiarum.

CHRISTIANO LECTORI,  
PETRVS ARTPOOEVS  
SALVTEM DICIT.

NON parum refert, amice Lector, in prom=ptu habere sententias aliquot, de lege & Euangelio, ne Sathan nos obruat incautos, & inermes. Id quod admonent nostro tempore pri=mi nominis Euangelici Doctores, ut discretos habeamus locos communes, ad quos, tanq; ad al=uearia referamus, quicquid occurrerit in literis sacris. Propterea hanc Diathesin pro exercitio & usu, in summam, ordinemq; redigi, quod hunc scopum in uniuersum sacræ scripture urgent. Et ut pueris ansam darem, haberentq; quam seque=rentur rationem, ceu Thesei filum, ne temere omnia communisceant. Atq; ut uideant, quam facile sit uersari in diuinis literis, quippe que se se de=clarant. Ut autem hanc διάθεσιν facilius intel=ligas, breui arguento aperiam, Habet  
fere sacræ Comœdiae  
speciem.

A ii Argu=



## ARGUMENTVM.

Moses in totum legib. grauat hominem, terret & damnat maledictionibus. Homo auditalege, & collata sua natura & viribus, desperat. Prophetæ & Euangelii precones erigunt & consolantur hominem, testimonium perhibent de Christo, atq; ad ipsum ducunt. Pater coelestis pri-  
mum ostendit suæ indignationis iustum causam, inuitat ad poenitentiam, promittit & dat Chri-  
stum ipsumq; describit. Christus uenit, sese de-  
scribit, ostendit suum officium, inuitat, recipit,  
consolatur hominem, unit sibi, & cetera uite of-  
ficia commonstrat. Homo gratias agit, Sic tan-  
dem homo territus lege, erectus Euange-  
lio, seruatur. Hæc pietatis exerci-  
tia, amice lector, consule bo-  
ni, ac Vale.

# DISCRETIO LOCORVM LEGIS ET EVANGELII

MOSES ET LEX TERRENT.

**V**ÆC sunt Præcepta, quæ mandauit Deut. 6.  
Dominus Deus uester, ut docerem uos, ut facias ea, & timeas Domi-  
num Deum tuum, & custodias om-  
nia mandata, quæ ego præcipio ti-  
bi & filiis, ac nepotibus tuis, cunctis diebus uitæ  
tuae, ut prolongentur dies tui, & bene sit tibi.

Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Matt. 19.

Ego sum Dominus Deus tuus. Exo. 20.

Non habebis Deos alienos coram me. Deut. 5.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde Deut. 6.  
tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, Matt. 22.  
& ex tota mente tua.

Non abuteris nomine Dei tui.

Sabbatum sanctificabis mihi.

Honora parentes.

Non occides.

Non mœchaberis.

Non furtum facies.

A iii Non loo

## MOSES ET LEX

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

Non concupisces domum proximi tui.

Non desiderabis uxorem eius , Non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia que illius sunt.

**Matth. 5.** Non irasceris fratri tuo temere.

*Qui dixerit racha, reus erit consilio.*

*Qui dixerit fatue, reus erit gehennæ.*

*Qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, tam mæchatus est in corde suo.*

**Matth. 6.** Non resistatis malo. Diligite inimicos uestrós.

Benefacite his qui oderunt uos. Orate pro per- sequentibus uos. Si quis alapam impegerit in dex teram tuam maxillam, exhibe illi & alteram, & qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Omni petenti te dato. Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quibus cooperie= umr, hæc omnia gentes inquirunt.

**Luce. 21.** Cauete ne corpora uestra grauentur crapula & ebrietate. Nolite inebriari uino , in quo est luxus. Ephe. 5.

**Matth. 5.** Ne omnino iuretis , Sit sermo uerster est, est, non , non. Fornicatio & omnis immundicies, aut auaricia , ne nominetur inter uos, sicut decet sanctos

## TERRENT.

2.

**S**anctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scur  
rilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gra=  
tiarum actio. Dico autē uobis, quod de omni uer Matth. 12.  
bo quod locuti fuerint homines, reddent rationē  
in die iudicii. Neq; fornicarii, neq; idolatræ, neq;  
adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubito= res, neq;  
fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; ma= ledici, neq; raptiores, regnum Dei poſſidebunt.

Et cogitationes in iudicio erunt.

**Q**ui uult uenire post me, abneget ſemetipſum Matth. 10  
& tollat crucem ſuam & ſequatur me.

**S**i quis uenit ad me & non odit patrē, matrem, Luce. 14.  
uxorem, filios, frātres & ſorores, adhuc & ani  
mam ſuam, non potest meus eſſe diſcipulus.

**Q**uisq; ſuum officium faciat.

Oportet Epifcopum irreprehensibilem eſſe. I. Timo. 3.

**O**mnis anima potestatibus ſupereminentibus Roma. 13.  
ſubdita fit. Iuſte iudicate iudices. Ne iuſtificetis  
impium pro muneribus, Recipib. conſulite. Nolite Leui. 19.  
iniquum facere aliquid in iudicio, in regula, in  
pondere, in mensura, ſtatera iuſta, æquaq; ſint  
pondera, iuſtus modius, æquusq; ſextarius.

**V**iri diligite uixores ueſtras. Colof. 3.

**V**xores ſubdite ſitis uiris ueſtris tanquam I. Pet. 3.  
Domino.

A iiiii Parentes

## MOSES ET LEX

**Ephe. 6.** Parentes, ne prouocetis ad iram liberos ue=stros, ne despondeant animum, Sed erudit eos in Domino.

**Ephe. 6.** Filii obedite parentibus uestris in Domino.  
Serui obedite dominis uestris.  
Domini ne seuiatis in seruos.  
Iuniores subditi estote senioribus.

**Timo. 5.** Vidua speret in domino & perseveret in obsecrationibus diu noctuq;

Summa. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quaecunq; uultis uobis ut faciant homines, hac & facite illis. Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris.

**Leui. 19.** Ego Dominus, custodite omnia precepta mea,  
**Iacobi. 2.** & facite ea. Qui autem totā legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.

Quod præcipio tibi, hoc tantum facio Domino, nec addas quicq; nec minuas. Deut. Nemo faciat quod sibi bonum uidetur.

**Esa. 30.** Hec est via, ambulate in ea, & non declinetis, neq; ad dexteram neq; ad sinistram.

**Iohn. 15.** Vos amici mei estis, si feceritis, que præcipio uobis.

**Gala. 1.** Nolite seduci, Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.

Ego

Ego Dominus Deus tuus, fortis zelotes, uisi=  
tans iniquitatem patrum in filii, in tertiam &  
quartam generationem eorum, qui oderunt me,  
& faciens misericordiam in milia his, qui dili=  
gunt me, & custodiunt precepta mea.

S I A V T E M A V D I E R I S V O= Deut. 28.  
cem Domini Dei tui, ut facias, atq; custodias om  
nia mandata eius, que ego præcipio tibi hodie,  
faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis  
gentibus, quæ uersantur in terra. Venientq; super Benedi=  
te uniuersæ benedictiones istæ. Benedictus eris filios iu=  
ni ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fru storum.  
Eius uentris tui & fructus terræ tuae, fructusq; iu=  
nitorum tuorum, greges armentorum tuorum,  
& caulae ouium tuarum. Benedicta spuma tua,  
& benedictæ reliquiæ tuae. Benedictus eris in=  
grediens & egrediens.

Dabit Dominus inimicos tuos qui consurgent  
aduersum te, corruentes in conspectu tuo. Per ui=  
am unam uenient contrarie, & per septem fugi=  
ent a facie tua, Præcipiet Dominus benedictio=  
nem super cellaria tua, & super omnia opera ma=  
nuum tuarum, benedicetq; tibi in terra, quâ Do=  
minus Deus tuus dabit tibi.

Suscitat te Dominus sibi in populum san=  
ctum, sicut iurauit tibi, eo quod seruas præcep=

A v t a D o

## MOSES ET LEX

ta Domini Dei tui, & ambulaueris in uis eius.  
Videbuntq; omnes terrarum populi, quod nomi-  
ne Domini nominatus sis, & timebunt te. Abun-  
dare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu  
uteri tui & fructu iumentorum tuorum, fructu  
terræ tuae quam iurauit Dominus patribus tuis ut  
daret tibi.

Aperiet Dominus thesaurum suum optimū,  
celum, ut tribuat pluuiam terræ tue, in tempore  
suo, & ut benedicat cunctis operibus manū tua-  
rum, Et fœnerabis gentibus multis, & ipse a nul-  
lo fœnus accipies. Constituet te Dominus Deus  
tuus in caput & non in caudam, & eris semper  
supra & non subter, eo quod audieris præcepta  
Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie &  
seruaueris & feceris, ac non declinaueris ab ul-  
lis uerbis, nec ad dexteram nec ad sinistram, ut  
sequereris deos alienos, neq; colueris eos.

Quod si audire nolueris uocem Domini Dei  
tui, ut serues & facias omnia præcepta eius &  
statuta quæ ego præcipio tibi hodie, uenient su-  
per te omnes maledictiones istæ & apprehendet  
te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro.  
Maledicta spora tua, & maledictæ reliquiae tue,  
Maledictus fructus uentris tui & fructus terræ  
tuae, Armenta boum tuorum, & greges oviū tua-  
rum

rum. Maledictus eris ingrediens & maledictus egrediens.

Mittet Dominus super te corrosionem, penuriam & increpationem in omnia opera tua quæ tu facies, donec deleat te & perdat uelociter, propter studia tua pessima in quibus reliquisti me. Adherere faciet tibi Dominus pestilentiam, donec consumat te de terra, ad quam ingredieris possidendum. Percutiet te Dominus tumore, febri, ardore, uredine, estu, siccitate, pallore, & persequetur, donec perdat te.

Cœlum quod supra caput tuum est, æneum erit, & terra sub te erit ferrea, Dabit Dominus hymbrem terræ tuae puluerem & de cœlo descendet super te cinis, donec deleat te. Tradet te Dominus corruentem ante hostes tuos, Per unam uiam egredieris contra eos, & per septem fugies, Et dispergeris per omnia regna terræ. Eritq; ca dauer tuu in escam cunctis uolatilibus cœli & bestiis terræ, & non erit qui abigat.

Percutiet te Dominus ulcere Ægypti, & scubus, scabie quoq; & prurigine, ita ut curari nequeas. Pecutiet te Dominus amentia & cæcitatem, ac furore mentis, ut palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non prosperabitur uia tua.

Omnig;

## MOSES ET LEX

Omnis tempore calumniam sustinabis, et  
opprimeris uiolentia, nec habebis qui liberet te.  
Uxorem acieries et alius dormiet cum ea. Do=  
mum edificabis, et non habitabis in ea. Planta=  
bis vineam, et non uindemiabis eam. Bos tuus im=  
molabitur coram te, et non comedes ex eo. As=  
nus tuus rapietur in conspectu tuo, et non red=  
detur tibi. Oves tuae dabuntur inimicis tuis, et non  
erit qui te liberet.

Filius tui et filiae tuae tradentur alteri populo,  
uidentibus oculis tuis et deficientibus ad conse=  
ctum eorum omni die, et non erit fortitudo in  
manu tua. Fructus terrae tuae et omnes labores tu=  
os comedet populus quem ignoras, et eris sem=  
per calumniam sustinens, et oppressus cunctis  
diebus, et amens a visione quam uidebunt ocu=  
li tui.

Percutiet te Dominus ulcere pessimo in ge=  
nibus et in suris, sanariq; non possis, a planta  
pedis usq; ad uerticem tuam.

Ducetq; Dominus te et regem tuum quem con=  
stitues super te, ad gentem quam ignoras tu et  
patres tui, et seruies ibi diis aliis, ligno et la=  
pidi, et eris desolatus in prouerbium ac fabu=  
lam omnibus populis, ad quos te duxerit Domi=  
nus.

Semente in

Sementem multam iacies in terram, & modicūm congregabis, quia locustæ devorabunt omnia. Vineam plantabis & coles & uinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, quoniam uastabitur uermibus. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non ungeris oleo, quia cuelletur oliua tua. Filios generabis & filias, & non frueris eis, quoniam ducentur in captiuitatem. Omnes arbores tuas & fruges terræ tue rubigo consumet.

Aduena, qui tecum uersatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior, tu autem descendes & eris inferior. Ipse foenerabit tibi, & tu non foenerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam.

Et uenient super te omnes maledictiones iste, & persequentes apprehendent te, donec delearis, eo quod non audieris uocem Domini Dei tui, nec seruaueris precepta eius & statuta que præcepit tibi. Et erunt in te signa atque prodigia, & in semine tuo, usque in sempiternum, eo quod non seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitia in rerum omnium abundantia. Inimico tuo quem immittet tibi Dominus, seruies in fame, in siti & nuditate, & in omni penuria, & ponet iugum ferreum super cervicem tuam, donec te debeat.

Adduce

MOSES ET LEX

Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem aquilæ uolantis, cuius linguam intelligere non possis, gentem præfractam que non deferat seni, nec misereatur paruuli, et deuoret fructū iumentorum tuorum ac fruges terræ tuæ, donec debeat te, & nihil relinquat tibi, triticum, uinum, & oleum, armenta boum & greges ouium, donec te disperdat. Et angustabit te in cunctis uribus tuis, & deiiciet muros tuos altos & munitos, in quibus habebas fiduciam, in omni terra tua. Obsidebris intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus.

Et comedes fructum uentris tui, & carnem filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dedebit tibi Dominus Deus tuus, in tribulatione & angustia, qua opprimet te hostis tuus. Homo tener inter uos & delicatus ualde, inuidet fratri suo & uxori, quæ cubat in sinu suo & reliquo sibi filio, ne det eis de carnibus filiorum suorum, quas comedet, eo quod nihil aliud habeat in tribulatione & angustia, qua oppriment te inimici tui intra omnes portas tuas.

Tenera mulier & delicata, que non tentauit pedem ponere super terram præ teneritudine & deliciis, inuidet uiro suo qui cubat in sinu eius & filio

et filio suo et filiae sua, secundinam, quae de meo  
dio fœminum egressa est et filios suos, quos ge-  
nuit. Comedent enim eos clam præ penuria, in  
tribulatione et angustia, qua opprimet te imimi-  
cus tuus intra portas tuas.

Nisi seruaueris et feceris omnia uerbale legis  
huius, quæ præscripta sunt in hoc uolumine, et  
timueris nomen hoc gloriosum et terribile, hoc  
est, Dominum Deum tuum, mirificabit Dominus  
plagas tuas, et plagas seminis tui, plagas mag-  
nas et perseverantes, infirmitates malas et per-  
seuerantes, et conuertet super te omnes morbos  
Ægypti, quos metuis et adhærebunt tibi. Insu-  
per et quoslibet morbos et plagas, quæ nō sunt  
scriptæ in uolumine legis huius, inducet Domi-  
nus super te, donec te deleat, et remanebitis pau-  
ci numero, qui prius eratis sicut stellæ cœli præ  
multitudine, quod non audieris uocent Domini  
Dei tui.

Et sicut ante latus est Dominus super uos,  
ut benefacret uobis, et uos multiplicaret, sic  
letabitur, ut perdat uos ac deleat, ut auferamini  
de terra ad quam ingredieris possidenda. Dis-  
perget te Dominus in omnes populos ab uno fine  
terræ ad alium, ut seruias ibi diis alienis, quos tu  
ignoras et patres tui, ligno et lapidi.

In genti-

## MOSES ET LEX

In gentibus quoq; illis non quiesces, neq; erit requies uestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptā mœrore, & erit uita tua pendens ante te. Timebis nocte & die, & non eris certus de uita tua. Mane dices, quis dabit mihi uesterū, & uestere, quis mihi dabit mane, propter cordis tui formidinē qua terreberis, & propter ea quæ tuis uidebis oculis.

**Deut. 28.** Reducet te Dominus classib⁹ in Agyptum, per uiam de qua dixi tibi, ut eam amplius nō uideres. Ibi uenderis inimicis tuis in seruos & ancillas & non erit qui emat.

**Amos. 8.** Ecce dies uenient, dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famen panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi uerbum Domini. Et commo- uebuntur a mari usq; ad mare, & ab aquilone usq; ad orientem circumibunt, querentes uerbū Domini, & non inuenient. Venient dies, quando desiderabis uidere unum diem hominis, & non uidebitis.

**Luce. 17.** En propono in conspectu uestro hodie benedictionem, & maledictionem, Benedictionem si obedieritis præceptis Domini Dei uestri, quæ ego hodie præcipio uobis. Maledictionem, si non obedieritis præceptis Domini Dei uestri, & recesseritis de via, quam ego hodie præcipio uobis, ut

**Deut. 11.**

T E R R E N T .

7.

bis, ut ambuletis post deos alienos quos ignoratis.

Lex Adæ facta.

Ex omni ligno Paradisi comedere, de ligno autem scientie boni et mali ne comedas. In quoque enim die comederis, ex eo morte morieris. Maledictio Euæ. Multiplicabo erumnas tuas, et conceptus tuos. In dolore paries filios tuos et sub uiri potestate eris, et ipse dominabitur tibi.

Adæ maledictio.

Quia audisti uocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, dicens, ne comederes. Maledicta terra in opere tuo, In laborebus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ. Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbas terræ. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, et in puluerem reuenteris. Gen. 3.

Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Deut. 27. Gal. 3.

Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Psal. 118.

Maledictus qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a Domino recedit cor eius.

Benedictus qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius.

Maledictus omnis hypocrita. Iob.

Ve genti peccatrici, populo gravi iniuitate, Esa. 1.

B semini

## MOSES ET LEX

Esa. 5. semini nequam, filii sceleratis.

Vae qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, usq; ad terminum loci.

Vae qui cosurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usq; ad uesperam. Cithara & lyra, & tympanum, & tibia, & uinum in coniuis uestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis.

Vae qui trahitis iniuitate in funiculis uanitatis, & quasi uinculum plaustri peccatum.

Vae qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Vae qui sapientes estis in oculis uestris, et coram uobis metipsis prudentes.

Vae qui potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iusticiam iusti aufertis ab eo. Abiecerunt enim legem Domini exercitum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percutit eum &c.

Vae his

Vae his qui condunt leges iniquas, & scriben- Esa. 10.  
tes iniustiam scripserunt, ut opprimeret in iu-  
dicio pauperes, & vim facerent cause humilium  
populi mei, ut essent uiduae preda corum, & pu-  
pillos diriperent.

Vae filii desertores, dicit Dominus, ut facere= Esa. 30.  
tis consilium, & non ex me, & ordiremini te-  
lam, & non per spiritum meum, ut adderetis pec-  
catum super peccatum.

Vae qui descendunt in Aegyptum ad auxili= Esa. 31.  
um in equis sperantes.

Vae uobis diuitibus, quia habetis cōsolationē ue= Lucae. 6.

Vae uobis qui saturi estis, quia esurietis. (strā

Vae uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis &  
flebitis.

Vae uobis cum benedixerint uobis omnes ho-

Vae duplice corde. (mines. Apo. 8.

Vae uae habitantibus in terra.

Summa. Et nunc Israel, quid Dominus Deus Deut. 10.  
tuus petit a te? nisi ut timeas Dominum Deum  
tuum, & ambules in iuis eius, & diligas eum, ac  
scruias Domino Deo tuo, in toto corde tuo, & in  
tota anima tua, custodiasq; mandata Domini, quae  
ego præcipio tibi, ut bene sit tibi.

Declina a malo & fac bonum.

Hec fac & uiues.

Psal. 33.

Lucae. 10.

MOSES ET LEX  
HOMO DESPERAT

Psal. 115. **T**V mandasti Domine, mandata tua custodiri  
nimis. Ego cum in me descendo, & me pede  
meo metior, inuenio me facere & seruare man-  
Roma. 7. data Domini non posse. Scimus enim, quia lex  
spiritualis est, Ego autem carnalis sum, uenun-  
datus sub peccato. Quod enim operor non intel-  
ligo. Non enim quod uolo bonum, hoc ago, sed  
quod odio, malum, illud facio. Si autē quod nolo,  
illud facio, consentio legi, quoniam bona est. Nunc  
autem iam non ego operor illud, sed habitans in  
me peccatum. Scio enim, quia non habitat in me,  
hoc est, carne mea bonum. Nam uelle adiacet  
mihi, Perficere autem bonum non inuenio. Con-  
delector enim legi Dei secundum interiorem ho-  
minem. Video autē aliam legem in membris meis  
repugnantem legi mentis meae, & captiuantem  
me in lege peccati, quae est in membris meis. Infœ-  
lix ego homo, quis me liberabit de corpore mor-  
tis huius? Caro concupiscit aduersus spiritū, spi-  
ritus aduersus carnem.

Gala. 5. *Et trahit inuitum noua uis, aliudq; Cupido.  
Mens aliud suadet, video meliora, proboque,  
Deteriora sequor.*

Vt iam

## TERRENT.

9.

Vt iā seruaris bene corpus, adultera mens est.  
 Nitimur in uetitū semp cupimusq; negata, &  
 Quāto magis tegitur, tāto magis estuat ignis.  
 Naturam expellas furcatamen usq; recurrit.  
 Nemo sine uiciis nascitur.

Facilis descensus Auerni.

Noctes atq; dies patet atrī ianua ditis. Cras.  
 Sed reuocare gradū super rasq; euadere ad au-  
 Hoc opus hic labor ē, pauci quos æquus amauit  
 Iuppiter aut ardens euexit ad æthera uirtus,  
 Dūs geniti potuere.

Nemo bonus, nisi solus Deus, Ergo omnis ho Luce. II.  
 mo malus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus Psal. 50.  
 sum, & in peccatis cocepit me mater mea. Quod Ioan. 3.  
 natū est ex carne, caro est. Quid est omnis caro, Dcut. 5.  
 ut audiat uocem Dei uiuentis, qui de medio ignis  
 loquitur, sicut nos audiuimus, & possimus uiue-  
 re?

Qui de terra est, de terra loquitur.

Ioan. 5.

Qui secundum carnem sunt, que carnis sunt Roma. 8.  
 Sapiunt. Prudentia carnis, mors est & inimica  
 Deo. Legi enim Dei non subditur, nec potest.  
 Qui autem in carne sunt, Deo placere non pos-  
 sunt. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius Esa. 40.  
 quasi flos agri, exiccatum est fœnum, & ceci-

B iii dit

MOSES ET LEX

*dit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo.*

- Eccle. 1.** *Vanitas omnis homo, Vanitas uanitatum, & omnia uanitas.*
- Gene. 8.** *Natura omnes sumus filii iræ.*
- Gene. 6.** *Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.*
- Icre. 17.** *Cuncta cogitatio cordis intenta est ad malum omni tempore.*
- 2. Cor. 3.** *Praeuum est cor hominis & inscrutabile.*
- Ioan. 3.** *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis.*
- Matt. 7.** *Non potest homo accipere & facere a se quicquam. Que utilitas in carne mea, dum descendeo in corruptionem? Psal. 29.*
- Icre. 13.** *Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus uarietates suas, Et nos poterimus bene facere, cum didicerimus malum.*
- Sapien. 5.** *Nos nati continuo desinimus esse.*
- Esa. 59.** *Opera nostra, opera inutilia.*
- Icre. 4.** *Sapientes sumus ut faciamus mala, bene autem facere nescimus.*
- 2. Timo. 3** *Sumus ad omne opus bonum reprobi.*
- Esa. 1.** *Omne caput languidum, & omne cor moerens, A planta pedis usq; ad uerticem, non est in nobis sanitas.*

Omnies

Omnis sunt hypocrite & prauis, & uniuersa Esa. 9.  
sum os locutum est stulticiam.

Pedes nostri in malum currunt. Esa. 59.

Ecce omnes iniusti, & uana opera nostra. Eodē. 41.

Peccauimus cum patribus nostris.

Patrem sequitur sua proles.

Homo sum, humani nihil a me alienum puto.

Facti sumus ut immundi omnes nos, & qua Esa. 64.  
Si pannus menstruatæ uniuersæ iusticie nostræ.

Omnis uia uiri recta sibi uidetur, nouissima  
autem eius ducunt ad mortem.

Non est uiri, dirigere gressus suos.

Septies in die cadit iustus.

Nullus per se apud te innocens est.

Non est iustus coram Deo.

Non iustificabitur in conspectu eius omnis Psal. 142,  
uiuens.

Cum fecimus quod debuimus, tamen inutiles Luce. 17.  
serui sumus.

Non est iustus, qui non peccat.

Quis dicit mundus sum a peccato? & mun=

dum est cor meum?

Non est qui faciat bonum, non est usq; ad

unum.

Omnes declinaverunt, simul inutiles facti

sunt.

## MOSES ET LEX

Nullus intelligit, nullus requirit Deum.

Omnis peccauerunt, & destituuntur gloria  
Dei. Omnes quasi oves errauimus, Vnusquisq;  
in uiam suam declinauit. Omnis homo mendax.

Esa. 53,

Totus mundus in maligno positus est.

IAM AVTEM CVM CERTVM ET  
in professo est, uires nostras & uniuersa opera,  
etiam optima non sufficere ad seruanda Dei man-  
data, adeo nec ad minimum, Ergo secundum eius  
sententiam maledictus & damnatus sum, atq;  
eternis cruciatibus & horroribus inferni &  
perpetuae mortis obnoxius sum. Priuatus omni-  
gaudio, omni solatio, adeo conspectu Dei, omnis  
lætitiae speculo & fonti, illuc desperabundus  
prosternor & prolabor. Heu mihi, heu me mi-  
sero, quid dicam, aut quid respondebo, quid pro  
excusatione adducam cum ipse prudēs fecerim?  
Nulla apud me spes reliqua est. Vana salus homi-  
nis. Quo me uertam? Respiro. Una tamen spes  
superest, Domini est salus. Magna mihi spes est  
in bonitate Dei, Quoniam misericordia eius su-  
per omnia opera eius. Confitebor aduersum me  
in iusticiam meam Domino, & ipse remittet ini-  
quitatem peccati mei. Pœnitentiam agam in sac-  
co ex cinere, in fletu & planctu, lectum meum la-  
chrymis rigabo. Surgam & ibo ad ipsum, ac di-  
cam.

## TERRENT.

II.

cam. Pater peccavi in cœlum & coram te, &  
non sum dignus vocari filius tuus. Et nisi peccas-  
sem, tu quid concedere posses? Nam delictum com-  
mendabilem facit tuam gratiam.

Domine, propicius esto mihi peccatori.

Luce.18.

Domine, si uis potes me mundare.

Matt.8.

Iesu fili David miserere nobis.

Domine, salua nos perimus. Parce Domine  
parce populo tuo. Ioelis.2.

Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter Psal.  
gloriam nominis tui Domine libera nos, spes om-  
nium finium terræ, & in mari longe. Sana Do-  
mine animam meam, quia peccavi tibi.

Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt Psal.68.  
aque usq; ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi, & non est sub-  
stantia.

Venii in altitudinem maris, & tempestas di-  
mersit me.

Laboravi clamans, raucae factæ sunt fauces  
meæ, defecerunt oculi mei, dum spero in Deum  
meum.

Sagittæ tue infixa sunt mihi, & confirmasti Psal.37.  
super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie iræ tue,  
non est pax oſib; meis, a facie peccatorū meo-  
rum.

B v Quoniā

## MOSES ET LEX

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt  
caput meum, sicut onus graue grauatae sunt su= per me.

Miser factus sum, & curuatus sum usq; in fi= nem, tota die contristatus ingrediebar.

Psal. n<sup>o</sup> 4.

Circumdederunt me dolores mortis, & pe= ricula inferni inuenierunt me.

Psal. 21.

Deus meus, deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Longe a salute mea, uerba deliciarū meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exau= dies? & nocte & non ad insipientiam mibi.

Tu autem in sanctitate habitas laus Israel, In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & li= berasti eos.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi.

Tu es qui extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris meæ, in te proieclus sum ex utero.

De uentre matris meæ deus meus es tu, ne dis= cesseris a me.

Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet me.

Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt om= nia ossa mea.

Factum

TERRENT.

12.

Factum est cor meum tanq̄ cera liquefscens,  
in medio uentris mei.

Aruit tanq̄ testa uirtus mea, & lingua mea  
adhæsit fauicibus meis, & in puluerem mortis  
deduxisti me.

Hydria repleta est aqua usq; ad summum. Ioan. 7.  
Tempus partus aduenit, & uires parturientis  
non sufficiunt. 4. Reg. 19. Esa. 36.

Exurge, quare obdormis Domine? exurge &  
ne repellas in finem, quare faciem tuam auertis,  
obliuisceris misericordiæ tue?

MISERERE MEI Deus, secundum magnam Psal. 51.  
misericordiam tuam, & secundum multitudinem  
miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & a pec-  
cato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco,  
& peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut  
iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iu-  
dicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &  
in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim

## MOSES ET LEX

Ecce enim ueritatem dilexisti incerta & oculta sapientiae tue manifestasti mihi.

Aasperges me Domine bysopo, & mundabor  
lauabis me & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & laticiam, &  
exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis.

Ne prouicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laticiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos uias tuas, & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meae, & exultabit lingua mea iusticiam tuam.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciat laudem tuam.

Quoniam si uoluisses sacrificium dedisse.  
utiq; holocaustis non deleaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis uiuens.

Dominator

Dominator Domine Deus misericors & Exo. 10.  
 clemens, paciens, & multæ miserationis, & ue= rax, qui custodis misericordiam in milia, qui au= fers iniquitatem & scelerat atq; peccata, nullusq; per se apud te innocens est. Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum &c. Iob. 10. Cog nosce quæ so figmentum tuum. Memorare quæ sit nostra substantia Domine, & quia non uane co= stituisti omnes filios hominum. Quid causæ con= tra folium quod a uento rapitur, ostendis poten= tiam tuam, & stipulam sicciam persequeris? Scri= bis contra me amara, & consumere me uis pec= catis adolescentiæ mee. Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & ue= stigia pedum meorum considerasti. Qui quasi pu= tredo consumendus sum, & quasi uestimentum quod comeditur a tinea.

Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies Iob. 7. mei. Quid est homo, quia magnificas eum, aut po= mis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Homo natus de muliere, bre= ui uiuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit ue= lut umbra, & nunq; in eodem statu permanet. Et dignū ducis super huiuscmodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest

## MOSES ET LEX

**Iob. 10.** potest facere mundum de immundo conceptum  
semine? nonne tu qui solus es? Nunquid bonum  
tibi uidetur, si calumnieris et opprimas me, opus  
manuum tuarum et consilium impiorum adiuues?

**Iob. 9.** Vere enim scio, quod non iustificetur homo  
et paratus tibi, si uoluerit contendere tecum, non  
poterit tibi respondere unum pro mille.

**Daniel. 3.** Peccauimus et inique egimus, recedentes a  
te, et delinquimus in omnibus, et precepta tua non  
audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut  
preceperas nobis, ut bene nobis esset. Omnia er-  
go que induxisti super nos, et uniuersa que fe-  
cisti nobis in uero iudicio fecisti. Ne confundas  
nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam,  
et secundum multitudinem misericordiae tue. Et  
erue nos in mirabilibus tuis, et da gloriam no-  
mini tuo domine. Tibi Domine iusticia, nobis  
**Dani. 9.** autem confusio faciei. Iustus dominus Deus no-  
ster in omnibus operibus suis. Propter temetip-  
sum inclina Deus meus aurem tuam et audi. Apes-  
ri oculos et uide desolationem nostram.

**Esa. 63.** Tu Domine pater noster, et redemptor no-  
ster, a seculo nomen tuum. Quare errare nos  
fecisti? Domine de uiis tuis, indurasti cor no-  
strum

## TERRENT.

14.

nostrum ne timeremus te. Et nunc Domine pater  
 noster es tu, nos uero lutum &c. Quare me po= Hiob. 7.  
 suisti contrarium tibi. & factus sum nihilmet ipsi  
 grauis? Utinam dirumperes cœlos & descen-  
 deres. Esa. 64. Mitte Domine quem missurus es.  
 Exo. 4. Emitte agnum Domine, dominatore ter-  
 re. Veni Domine & noli tardare, relaxa faci-  
 nora plebis tuae. Veni Domine, & uisita nos in  
 pace, ut latemur coram te corde perfeclo.

Domine probasti me & cognouisti me, tu  
 cognouisti sessionem meam & resurrectionem  
 meam. Psal. 138.

Tu intellexisti cogitationes meas de longe, se-  
 mitam meam & funiculum meum inuestigasti.  
 Et omnes vias meas præuidisti, quia non est ser-  
 mo in lingua mea.

Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima et  
 antiqua, tu formasti me & posuisti super me ma-  
 num tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me, confor-  
 mata est, non potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fu-  
 giam?

Si ascendero in cœlum tu illic es, si descende-  
 ro in infernum ades.

Si assump-

MOSES ET LEX

Si assumpsero pennas meas diluculo, & habi-  
tauero in extremis maris.

Etiam illic manus tua deducet me, & tenebit  
me dextera tua.

Et dixi, forsitan tenebræ conculcabunt me,  
etiam nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur a te, &  
nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ illi-  
us ita & lumen huius.

Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me  
ex utero matris mee.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus  
es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit  
nimis.

Non est occultatum os meum a te quod fecisti  
in occulto, & substantia mea in infimis terræ.

Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in  
libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur,  
& nemo in eis.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui De-  
us, nimis confortati sunt principatus eorum.

Dinumerabo eos, & super arenam multipli-  
cabuntur, exurrexi & adhuc sum tecum.

Si occideris deus peccatores, uiri sanguinum  
declinate a me.

Quia litigatores estis ad disceptationes, acci-  
pient

pient in vanum ciuitates tuas.

Nonne qui oderunt te domine odi, et super  
inimicos tuos extabescebam?

Perfectio odio oderam illos, inimici facili sunt  
mihi.

Proba me deus et scito cor meum, interroga  
me et cognosce semitas meas.

Et uide si uia iniuitatis in me sit, et deduc me  
in uia eterna.

## ORATIO MANASSE.

**D**omine Deus omnipotens patrum nostrorum,  
Abraham, Isaac et Iacob, et semini eorum  
iusti, qui fecisti cœlum et terram, cum omni or-  
natu eorum, qui signasti mare uerbo præcepti  
tui, qui conclusisti abyssum, et signasti terribili  
et laudabili nomine tuo, quem omnes paudent, et  
tremunt a uultu uirtutis tuae, et insustentabilis  
ira super peccatores comminationis tuae, im-  
mensa uero et inuestigabilis misericordia pro-  
missionis tuae, quoniam tu es altissimus super om-  
nem terram, longanimis et multum misericors,  
et poenitens super malitiam hominum, Tu autem  
Domine secundum bonitatem tuam promisisti pœnitentiā remissionis peccatorum, et tu Deus ius-  
torum

## MOSES ET LEX

storum, non posuisti poenitentiam iustis, Abr<sup>d</sup>am, Isaac & Iacob, his qui tibi non peccau= runt, Quoniam peccavi super numerū barena= maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, incurua= tus sum multo uinculo ferri, & non est respira= tio mihi, quia excitaui iracundiam tuam. & ma= lum coram te feci. Statuens abominationes, & multipli= cans offensiones. Et nunc flecto genua= cordis mei, precans a te bonitatem domine. Pecc= caui Domine peccavi, & iniquitatem meam ag= nosco. Peto, rogans te Domine, remitte mihi, re= mitte mihi. Ne simul perdas me cum iniquitat= bus meis, neq; in æternum reserues mala mihi, quia indignum saluabis me, secundum magnam misericordiam tuam. Et laudabo te semper om= nibus diebus uitæ meæ, quoniam te laudat omnis uirtus celorum, & tibi est gloria in secula secu= lorum. Amen.

Etiamsi me occideris utiq; in te sperabo, Quo= niam misericordia tua super omnia opera tua. In ipsa correptione memor es misericordie. Ocu= li tui in pauperem respiciunt, Palpebræ tue in= terrogant filios hominum.

Psal. 57.  
Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Super me confirmatus est furor tuus, & om= nes fluctus induxisti super me.

Clamavi

## TERRENT.

15.

Clamaui ad te Domine, tota die expandi manus meas ad te. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & ueritatem tuam in perditione? Ego ad te Domine clamaui, & mane oratio mea praeueniet te. Ut quid Domine repellis animam meam, auertis faciem tuam a me?

De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi uocem meam.

Fiant aures tue intendentes in uocem deprecationis meae.

Si iniquitatem obseruaueris domine, Domine quis sustinebit.

Quia apud te propiciatio est, & propter non men tuum expectauit te domine.

Expectauit anima mea in uerbo eius, sperauit anima mea in dominum.

A custodia matutina usq; ad noctem, a custodia matutina speret Israel in dominum.

Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud deum redemptio. Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius.

Conuerte nos Deus salutaris noster, & auertiram tuam a nobis, Ostende nobis Domine misericordiam

C ii ricordia

MOSES ET LEX  
ricordiam tuam, Et salutare tuum da nobis.

Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in  
cœlis.

Ecce sicut oculi seruorum ad manus dominos  
rum suorum.

Sicut oculi ancillæ ad manus domine sue, ita  
oculi nostri ad dominum deum nostrum donec mihi  
sereatur nostri.

Miserere nostri domine miserere nostri, quid  
multum repleti sumus despectione.

Multum repleta est anima nostra, opprobriis  
abundantibus et despectio superbis.

SACRA MIHI ANCORA EST  
uerbum tuum Domine, tu siquidem ipsa ueritas  
es, mentiri nequis, ergo tuis stabis promissis, cum  
inquis, Petite et accipietis, In die tribulationis  
tuae inuocabis me, et ego eruam te, et honorifi-  
cabis me. Iubes nos te habere Deum, te inuocare,  
tibi fidere. De uiribus meis ad facienda tua man-  
data facile despero, et ( quod tua gloria est ) ad  
misericordiam tuam adcurro, quam mihi non po-  
tes, etiamsi uoles, denegare, Quoniam promisisti,  
ergo debes, et dabis. Non me peccatorem indig-  
num, sed te respicio promittentem. Nihil me mo-  
uet, quod interim mihi caro suggestit, an sim filius  
hæres

us hæreditarius & predestinatus. Satis magni  
argumenti mihi est, me tuum esse filium, quod huc  
mihi per spiritum sanctum te petendi das affectum,  
Qui spiritu Dei agitur, hi sunt filii Dei. Ex ani-  
mo te adoro, peto & obsecro, Ergo ducor spiri-  
tu tuo, & sum filius tuus. Porro etiam si aliquadiu  
dissimiles, non potes tamen perpetuo paternum  
tuum erga me deponere affectum. Non potes, cu  
te peto panem, dare lapidem, quoniam natura bo  
nus es, dabis igitur bona, bona rogantibus & spi  
ritum bonum potentibus tecum. Docent hoc me tot  
exempla piorum, quos exaudisti petentes. Ego te  
petto, ergo me exaudies. Audiam quid loquatur

in me Dominus Deus, quoniam loque-

tur pacem super plebem suam,

&c. Psal. 84.

C iii

Evangeli

MOSES ET LEX  
EVANGELIVM  
ERIGIT, ET CONSOLA=

tur hominem.

CHRISTI PRECONES.

- scilicet  
præcepta **H**ec scribo uobis, ut non peccetis, Sed si quis  
seu legem peccauerit, aduocatum habemus apud Pd\*  
1.Ioan.2. trem Iesum Christum iustum, & ipse est propi=ciatio, pro peccatis.
- Ado. 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhi=ben, remissionem peccatorum accipere per no=men eius, omnes qui credunt in eum, Qui factus  
est nobis sapientia a Deo, & iusticia & sanctifi=catio ex redemptio. Nec enim aliud nomen est  
sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos  
saluos fieri.
- Roma. 3. Causati sumus Iudeos & Græcos, omnes sub  
Roma. 11. peccato esse. Conclusit Deus omnia sub peccato.  
Roma. 3. ut omnium misereatur, Ut omne os obstruatur,  
& subditus fiat omnis mundus Deo, & silcat omnis caro a facie Dei, quia non iustificatur ex ope  
Zach. 2. ribus legis omnis caro coram illo. Per legē enim  
Roma. 3. cognitio peccati, Nunc autem sine lege iusticia  
Dei manifestata est, testificata a lege & Prophe=tis

tis. Iusticia autem Dei per fidem Iesu Christi  
in omnes, & super omnes qui credunt in ip-  
sum. Non enim est distinc<sup>tio</sup>, Omnes pecca-  
runt & egent gloria Dei. Iustificati gratis per  
gratiam ipsius, per redēptionem quæ est in  
Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciatio-  
nem, per fidem in sanguine ipsius ad ostensi-  
onem iusticie suæ, propter remissionem præceden-  
tium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensi-  
onem iusticiæ eius in hoc tempore, ut sit ipse iu-  
stus, & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Chri-  
sti.

Arbitramur enim iustificari hominem per  
fidem, sine operibus legis.

Creditit Abraham Deo & reputatū est illi Roma. 4.  
ad iusticiam. Non est autem scriptum propter ip-  
sum tantum, sed & propter nos, quibus reputa-  
bitur credentibus in eū, qui suscitauit Iesum Chri-  
stum Dominum nostrum a mortuis. qui traditus  
est propter delicta nostra, & resurrexit propter  
iustificationem nostram.

Iustificati igitur ex fide, pacem habemus ad Roma. 5.  
Deum per Dominum nostrum Iesum Christum,  
per quem accessum habemus per fidem in grati-

## MOSES ET LEX

am istam, in qua stamus & gloriamur in spe glo-  
riæ Dei.

Roma. 8. Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt  
in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambu-  
lant. Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu, libe-  
ravit me a lege peccati & mortis. Nam quod im-  
possibile erat legi, in quo infirmabatur per car-  
nem. Deus filium suum mittens in similitudinem  
carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum  
in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis,  
qui non secundum carnem ambulamus, sed secun-  
dum spiritum.

Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui eti-  
am proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis  
omnibus tradidit illum, quomodo non etiam om-  
nia nobis cum illo donauit?

Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus  
qui iustificat. Quis est qui condemnnet? Christus,  
qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad  
dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.  
Quis nos separabit a charitate Christi? Tribu-  
latio, an angustia, an famæ, an nuditas, an peri-  
culum, an persecutio, an gladius?

e. Co. 5. Charitas enim Christi urget nos, existimantes  
hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est,  
ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortu-  
us est

us est Christus, ut ex qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurexit.

Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iusticia Dei in ipso.

Si enim data esset lex quae posset uiuificare, Gal. 5.  
uere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Priusquam autem ueniret fides, sub lege custodiebamur, cōclusi in eam fidem, quae reuelanda erat. Itaq; lex pēdagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides, iam non sumus sub pēdagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudeus, neq; Grācus, non est seruus, neq; liber, nō est magulus, neq; femina, Omnes enim unum estis in Christo Iesu. Si autem uos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

Vbi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptio nem filiorū reciperemus, Quoniā estis filii Dei,

C v misit

MOSES ET LEX

m̄isit Deus sp̄iritum filii sui in cōrda uestra, clā<sup>a</sup>  
mantem Abba pater.

Ephe. 2. Deus qui diues est misericordia, propter ni-  
miam charitatem suam, qua dilexit nos, cum es-  
semus mortui peccatis, conuiūificauit nos in Chri-  
sto, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit  
& confedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu,  
ut ostenderet in seculis superuenientibus abun-  
dantes diuitias gratiæ sue, in bonitate super nos  
Christo Iesu. Gratia enim estis saluati, per fi-  
dem, & hoc non ex uobis, Dei donum est, non ex  
operibus, ne quis glorietur.

Ephe. 2. Christus legem mandatorum decretis euā-  
cuauit, Et Petrus una cum ceteris Apostolis le-  
gem eleuauit & aboleuit cum inquit. Nunc ergo  
quid tentatis Deum, imponere iugum super cer-  
vices discipulorū, quod neq; nos, neq; patres no-  
strī potuimus portare? Sed per gratiam Domini  
noſtri Iesu Christi credimus saluari, quemadmo-  
dum illi.

Colos. 1. Deus eripuit nos de potestate tenebrarum, &  
transtulit in regnum filii dilectionis sue, in quo  
habemus redemptionem & remissionem pecca-  
torum, qui est imago Dei inuisibilis, primogeni-  
tus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt  
uniuersa, in cœlis & in terra, uisibilia & inuisi-  
bilia

bilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesie, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare & per eum reconcillari omnia, in ipsum pacificans omnia per sanguinem crucis eius, siue quae in cœlis, siue quae in terris sunt.

Hoc enim bonum est & acceptum coram salvatore nostro Deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Vnus enim Deus unus & mediator Dei & hominum. Homo Christus Iesus qui dedit redemptionem secundum ipsum pro nobis omnibus. I. Timo. 2.

Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et profectius tabernaculum non manufactum, id est non huius creationis, neque per sanguinem hyrcorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, eterna redcmptione inuenta. Ebrie. 9.

Scivote quod non corruptibilis. auro uel argento redempti estis, de uana uestra conuersatioe pater-

MOSES ET LEX  
ne traditionis, sed præcioso sanguine, quasi agni incontaminati & immaculati Christi.

1. Pet. 3.     *Sanguis Iesu Christi filii Dei emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.*

Roma. 5.     *Lex subintravit ut abundaret peccatum, ubi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, ut sicut regnauit peccatum in morte, ita & gratia regnet per iusticiam in uitam æternam per Iesum Christum dominum nostrum.*

Roma. 10.     *Finis legis Christus est, ad iusticiam omni crederi.*

1. Timo. 1.     *Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum, peccatores saluos facere.*

Testimonia

# TESTIMONIA

PROPHETARVM DE CHRIS=

TO, ET EVANGELI=

um ex Veteri testa=

mento.

**I**Nimicitias ponā inter te & mulierem, & inter Gene. 3.  
semen tuum & semen illius, ipsum conteret  
caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius. Orietur Nume. 24  
stella ex Iacob, & consurget uirga de Israel.

Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de  
fœmore eius, donec ueniat qui mittendus est, & Gene. 49.  
ipse erit expectatio gentium.

Prophetam de gente tua, & de fratribus tu=

is, sicut me, suscitabit Dominus Deus tuus, ipsum Deut. 18.  
audies.

Dominus transtulit peccatum tuum, non mo= 1. Reg. 12.  
rieris.

Factus est sermo Domini ad Esaiam dicens. 4. Re. 20.  
Reuertere, & dic Ezechie duci populi mei. Hæc  
dicit Dominus Deus David patris tui. Audiui ora  
tionem tuam, & uidi lachrymam tuam, & ecce  
fanauit te; Die tertio ascendas templum Domini,  
& addam diebus tuis quindecim annos. Sed &  
de manu Assyriorum liberabo te, & ciuitatem  
hanc

MOSES ET LEX

hanc, & protegam urbem istam, propter me, &  
propter David seruum meum.

Tobie. 5. Forti animo esto, in proximo est, ut a Deo  
cureris.

Gene. 22. Et, benedicentur in eo omnes tribus terræ.

Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt cor\*

Psal. 53. de, & humiles spiritu saluabit.

Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus  
his liberabit eos Dominus.

Psal. 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus  
eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate.

Voluntatem timentium se faciet, & depreca-  
tionem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.

Psal. 36. Cum ceciderit iustus, non collidetur, quia D<sup>O</sup>  
minus supponit manum suam.

Reuelo Domino uiam tuam, & spera in eo, &  
ipse faciet.

Ecce oculi Domini super iustos, & aures ci-  
uis in preces eorum.

Psal. 120. Ecce non dormitabit neq; dormiet qui custos  
dit Israel.

Psal. 45. Deus noster refugium & uirtus, adiutor in  
tribulationibus, &c.

Psal. 95. Beatus uir, cuius Dominus spes eius est.

NON

## TERRENT.

22.

Non in finem obliuio erit pauperis, patientia Psal. 5.  
pauperis non peribit in finem. Protector est om-  
nium sperantium in se.

Vniuersæ uiae Domini misericordia & ueri-  
tas. Misericordia eius super omnia opera eius.

Expecta Dominum uiriliter age, & confor= Psal. 25.  
tetur cor tuum & sustine Dominum.

Quis sperauit in Domino & derelictus est?

Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & eri 144.  
git omnes elisos.

Dominus sanat contritos corde, & alligat om- 145.  
nes contriciones eorum.

Iurauit Dominus David ueritatem, & non 131.  
frustrabitur eum, De fructu uentris tui ponam su-  
per sedem tuam.

Beneplacitum est Domino super timentes eis 144.  
& in eis qui sperant super misericordia eius.

Beatus homo qui corripitur a Domino, In= Hiob. 5.  
crepationem Domini ne reprobes, quia ipse uil-  
nerat & medetar, percutit & manus eius sana-  
bunt. Dominus mortifica t & iunificat, dedit Iob. 5.  
ad inferos, & reducit Dominus pauperem fa-  
cit & ditat, humiliat & subleuat.

Fili mi

## MOSES ET LEX

Fili mi, noli negligere disciplinam Domini;  
neq; fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim  
diligit Dominus castigat, flagellat autem omni  
filium quem recipit. In disciplina perseverat,  
Tanq filius uobis offert se Deus. Quis enim fili  
us, quem non corripit pater? Quod si extra dis  
ciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes,  
ergo adulteri ex non filii estis. Omnis autem dis  
ciplina in praesenti quidem uidetur non esse gau  
dui, sed mœroris, postea autem fructum pacati  
sum exercitatis per eam reddit iusticia.

Ebre. 12.

Psal. 11.

Esa. 1.

Esa. 14.

Esa. 30.

Esa. 9.

Nisi Dominus exercitum reliquisset nobis  
semē, quasi Sodoma fuissimus, & quasi Gomor  
ræ similes essimus.

Prope est ut ueniat tempus eius, & dies eius  
non elongabuntur.

Expectat Dominus ut misereatur uestri, &  
ideo exaltabitur parcens uobis, quia Deus iudicū  
Dominus, Beati omnes qui expectant eum.

Plorans nequaq; plorabis, miserans misere  
bitur tui. Ad uocem clamoris tui, statim ut audie  
rit, respondebit tibi. Inuocabis & Dominus ex  
audiet, clamabis & dicet, ecce adsum.

Parvulus natus est nobis, & filius datus ei  
nobis, & factus est principatus super humerum  
eius,

eius, & uocabitur nomen eius, admirabilis, cōfisiarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis super solium David & super regnum eius, ut confirmet illud & corroboret in ius dicio, & iusticia ammodo & usq; in sempiternū.

Parauit Dominus brachium sanctum suum Esa. 52.  
in oculis omnium gentium, & uidebunt omnes  
fines terræ salutare Dei nostri.

Vere languores nostros ipse tulit, & dolores  
noscros ipse portauit. Et nos reputauimus eum  
quasi leprosum & percussum a Deo & humili-  
tam. Ipse autem uulneratus est propter iniqui-  
tas nostras, attritus est propter scelera nostra.  
Disciplina pacis nostræ super eū, & liuore eius  
sanati sumus. Omnes nos quasi oves errauimus,  
unusquisq; in viam suam declinauit, & posuit  
Dominus in eo iniquitatem omnium nostrorū. Ob-  
latus est, quia ipse uoluit, & non aperuit os su-  
um. Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi  
agnus coram tendente se, obmutescet, & nō aper-  
iet os suum.

Dominabitur tui qui fecit te, Dominus exerci- Esa. 54.  
tuum nōmē eius, & redemptor tuus sanctus Isra-  
el, Deus omnis terræ uocabitur.

## TESTIMONIA

- Esa.62. Ecce saluator tuus uenit, ecce merces eius cum eo, et opus eius coram illo.
- Esa.59. Ecce non est abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat, neque aggrauata est auris eius, ut non exaudiat.
- Esa.9. Dominum exercituum ipsum sanctificate, et ipse pavor uester, et ipse terror uester, et erit uobis in sanctificationem, In lapide autem offensionis et petram scandali, duabus domibus Israe, et in laqueu, et in ruinam, habitantibus Hierusalem, Et offendet ex eis plurimi, et cadent et conterentur et irrecientur et capientur.
- Esa.52. Consurge, consurge, induere fortitudine Iacob, induere uestimentis gloriae tuae Hierusalem ciuitas sancti, quia non adiuet ultra, ut pertranseat per te incircumcisus et immundus. Excute de puluere, sede Hierusalem. Solue uincula collui captiuam filia Iacob.
- Parauit Dominus brachium suum in oculis omnium gentium, et uidebunt omnes fines terrae salutare Dei nostri. Iste asperget gentes multas super ipsum continebunt reges os suum, Quis quibus non est narratum de eo, uiderunt, et qui non audierunt, contemplati sunt.
- Esa.60. Surge illuminare Hierusalem, quia uenit lux mea

## DE CHRISTO.

24.

men tuum, & gloria Domini super te orta est.  
Quia ecce tenebrae operient terram, & caligo po-  
pulos, super te autem orietur Dominus, & gloria  
eius in te uidebitur.

Ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Is- Iere. 46.  
rael, Quia ecce ego saluum te faciam.

Bonus est Dominus sperantibus in eum, ani- Thre. 3.  
mæ querenti illum. Bonum est præstulari cum si-  
lentio salutare Domini. Bonum est viro cum por-  
tauerit iugum ab adolescentia sua.

Spiritus oris nostri Christus Dominus captus Thre. 4.  
est in peccatis nostris, cui diximus, in umbra tua  
uiuemus in gentibus.

Sicut enim fuit sensus uester ut erraretis a Baruch. 4.  
Deo, decies tantum iterum conuertentes require-  
tis eum. Qui enim induxit uobis mala, ipse rur-  
sum adducet uobis sempiternam iucunditatem cū  
salute uestra.

Fili Sion, exultate & letamini in Domino Deo Ioel. 2.  
uestro, quia dedit uobis doctorem iusticie, & des-  
cendere faciet ad uos imbreu matutinum, & se-  
rotinum sicut in principio.

Et omnis qui inuocauerit nomen Domini,  
saluus erit.

Venite reuertamur ad Dominum, quia ipse Ose. 6.

D ii cœpit

## TESTIMONIA DE

cœpit & saluabit nos, percutiet & curabit nos.  
Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia  
fuscat nos, & uiuemus in conspectu eius, scic-  
mus, sequemurq; ut cognoscamus Dominum.

**Micheæ. 7** Non mittet ultra furorem suum, quia uolens  
misericordiam est. Reuertetur & miserebitur no-  
stri, Deponet iniquitates nostras, & proiciet in  
profundum maris omnia peccata nostra.

**Nahum. 1** Bonus Dominus & confortans in die tribu-  
lationis & sciens sperantes in se.

**Haba. 2.** Veniens ueniet, & non tardabit.

**Idem.** Iustus ex fide sua uiuet.

**Sopho. 3.** Lauda filia Sion, iubila Israel. Letare & ex-  
ulta in omni corde filia Hierusalem. Abstulit Do-  
minus iudicium tuum, auertit inimicos tuos. Rex  
Israel in medio tui non timebis malum ultra, In  
die illa dicetur Ierusalem. Noli timere Sion, non  
dissoluantur manus tuæ. Dominus Deus tuus in  
medio tui fortis, ipse saluabit.

**Zach. 9.** Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem,  
Ecce rex tuus ueniet tibi iustus, mansuetus, & sal-  
uator ipse, pauper, & ascendens super asinam,  
& super pullum filii asinæ, Et loquetur pacem  
gentibus, & potestas eius a mari usq; ad mare, &  
a flumine

CHRISTO.  
fluminibus usq; ad fines terræ.

25.

IOANNES BAPTISTA.

Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum coelorum. Ego uox clamantis in deserto, parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Viām facite, prebete iter, declinate a semita, au= fertē offendicula de uia populi mei, Quia hæc dicit excelsus & sublimis habitans eternitatem & sanctum nomen eius in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu ut ui= uificet spiritum humilium, & uiuificet cor con= tritorum.

Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua indirecta, & aspera in uias planas, & uidebit omnis caro salu=tare Dei.

Ego quidem baptizo uos aqua, prædicans baptismum poenitentiae in remissionem peccato=rum, Veniet autem fortior me, qui ante me fa=cilis est, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum suorum, ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni, cuius uentilabrum in ma=nū eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem com=buret igni inextinguibili.

D iii Non

## P A T E R

Iohn.1.

Non sum ego Christus, sed in medio uestrum stetit, quem uos nescitis. Hic erat quem dixi, qui post me uenturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius accepimus omnes, & gratiam pro gratia, quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo uidit unq. Unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit.

Iohn.3.

Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ut manifestetur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. Illum oportet crescere, me autem misnui. Qui credit in filium, habet uitam æternam, qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super ipsum.

## PATER COELESTIS.

Esa. 49.

Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia, glibernans te in uia qua ambulas. Utinam attendis mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iusticia tua sicut gurgites maris. Et fuisset quasi arena semen tuum, & stirps uteri tui ut lapilli eius. Non dixi semini Iacob frustra, querite me. Ego Dominus loquens iusticiam, annuncians recta. Quid inuenierunt patres uestri in me iniquis

Esa. 45.

Iere.2.

me iniquitatis? quia elongauerunt a me, & am-  
bulauerunt post uanitatem, & uani facti sunt.  
Secundum numerū quippe ciuitatum tuarum erāt  
Dii nū Iuda. Quid uultis mecum iudicio conten-  
dere? Omnes dereliquistis me. Frustra percussi  
filios uestros, disciplinam non receperunt. Fi- Esa. 1.  
lios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt  
me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus  
presepe domini sui, Israel autem me non cogno-  
uit, & populus meus non intellexit. Sacerdotes Iere. 2.  
non dixerūt, ubi est Dominus? & tenentes legem  
nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in  
me. Et Prophetæ prophetauerūt in Baal, & idola  
secuti sunt. Propterea adhuc iudicio contendam  
uobiscū, & cum filiis uestris disceptabo? Transite  
ad Insulas Cethim, & uidete, et in Cedar mittite,  
& considerate uehementer, & uidete si factū est  
huiuscemodi, si mutauit gens Deos suos, & certe  
ipsi non sunt Dii. Populus uero meus mutauit glo-  
riam suam in idolū. Obstupescite cœli super hoc.  
Duo enim mala fecit populus meus. Me derelique-  
runt fontē aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas  
dissipatas, quæ cōtimerc aquas non ualeat. Arguit  
te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito et  
uide, quia malū & amarū est reliquise te dominū  
Deum tuum, & non esse timorem eius apud te.

P A T E R

- A seculo confregisti iugum tuum, rupisti vincula tua, & dixisti. Non seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternas baris meretrix. Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt. Ecce uerbum Domini factum est eis in opprobrium, & in canticum oris sui, & non suscepereunt illud. Verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. Attendi & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat pœnitentiâ super peccato suo, dicens. Quid sed? Omnes couersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu uadens ad prelum. Miluus in coelo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Populus autem meus non cognouit iudicium Domini. A minore quippe usq; ad magorem, omnes avaricie student, & a prophetâ usq; ad sacerdotem, cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignorantia, dicentes. Pax, pax, & non erat pax. Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant, Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt muznera, sequuntur retributions. Pupillo non iudicant, & causa uiduae non ingreditur ad eos.
- Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere
- Iere. 6.
- Iere. 5.
- Iere. 6.
- Iere. 23.
- Esa. 1.
- Iere. 4.

cere nescierunt. Qui deuorant plebem meam si= R<sup>sal</sup>.13.  
 cut escam panis. Omnes corrupti & abomina= & 52.  
 biles facti sunt in studiis suis , non est qui faciat  
 bonum, non est usq; ad unum. Et nisi ad uos Iere. 7 &  
 omnes seruos meos Prophetas, per diem consur= 25.  
 gens diluculo,mittensq; & non audistis , neq; in=  
 climastis aures uestras ut audiretis,cum dicrēt.  
 Reuertimini unusquisq; a via sua mala, & a pef=  
 simis cogitationibus uestris, & habitabitis in ter=  
 ra,quam dedit Dominus uobis & patribus ue=  
 stris a seculo,& usq; in seculum . Et nolite ire  
 post Deos alienos,ut seruiatis eis,adoretisq; eos,  
 neq; me ad iracundiam prouocetis in operibus  
 manuum uestrarum. Audite uocem meam, & ero  
 uobis Deus, & uos eritis mihi populus , & am=  
 bulate in omni via,quam mandaui uobis , ut bene  
 sit uobis. Si in præceptis meis ambulaueritis, Leui.26.  
 & mandata mea custodieritis , & feceritis ea,  
 dabo uobis pluuias temporibus suis, & terra gig= net  
 germen suum, & pomis arbores replebutur.  
 Apprehendet mesium tritura uindemiam, & ui= demia occupabit sementem , & comedetis panem  
 uestrum in saturitate, & absq; pauore habitabitis  
 in terra uestra. Dabo pacem in finibus uestris,  
 dormietis, & non erit qui exterreat . Auferam  
 malas bestias, & gladius non transfibit terminos

D v uestros

P A T E R.

uestros. Persequimini inimicos uestrros, & cora-  
runt coram uobis. Persequentur quinq; de ue-  
stris centum alienos, & centum de uobis, decem  
milia. Cadent inimici uestri gladio in conspectu  
uestro. Respiciam uos, & crescere faciam, mul-  
tiplicabimini, & firmabo paclum meum uobis. Comedetis  
superuenientibus prolijetis. Ponam tabernacu-  
lum meū in medio uestri. & nō abiicet uos ani-  
ma mea. Ambulabo inter uos, & ero Deus uester,

Iere. 7. &  
25. uosq; eritis populus meus. Et non audistis me,  
uocauit uos, & non respondistis, reflexistis et in-  
durastis cervicem uestrā, & peius operati estis  
quam patres uestri, ut me ad iracundiam prouo-  
caretis in operibus manuum uestrarū, in malum  
Dilectus meus incrassatus dilatatus recalcitrauit,  
uestrum.

Iere. 5.  
Esa. 5. Prophetæ in uentum locuti sunt, & respōsum  
non fuit eis. Abiecerunt legem Domini exer-  
citum, & eloquii sancti Israel blasphemauerūt.

Esa. 30. Populus enim ad iracundiam prouocans est,  
& filii mendaces, filii nolentes audire legem Do-  
mini. Qui dicunt uidentibus, nolite uidere, &  
aspicientibus nolite aspicere nobis ea quæ recte  
sunt. Loquimini nobis placentia, uidete nobis er-  
rores, auferite a me uiam, declinate a me semita,  
cesset

cesset a facie nostra sanctus Israel. Percusimus Esa. 28.  
 fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pa=  
 clum. Flagellum imundans cum transierit, nō ue=  
 niet super nos, quia posuimus mendacium spem  
 nostram & mendatio protecli sumus. Et fuit il=

lis uerbum meum risui & ludibrio, dicentibus.

Manda, remāda, expecta reexpecta, expecta re Iere. 5.

expecta. modicum ibi, modicū ibi. Nunquid sup  
 his non uisitabo, & in gente tali non ulciscetur Esa. 57.  
 anima mea. Nunquid super his non irascar. Iere. 16.

Propterea accensus est furor meus, & circa  
 uos de terra uestra, in terram quam ignorasti  
 uos & patres uestrī, & seruiuistis ibi Diis alienis Iere. 19.  
 die ac nocte, qui nō dabant uobis requie. Om=

nis qui præteriuit terram uestram obstupuit, &  
 sibilauit super uniuersa plaga eius. Omnis qui  
 audiuit tinniebant ambæ aures eius. Cibaui uos  
 carnibus filiorum uestrorum & filiarum uestra=

rum, & unusquisq; carnes amici sui comedit in  
 obſidione & angustia, in qua concluserunt uos  
 inimici uestrī. Percusi uos peste, fame & gla=

dio, uisitauit uos omnibus plagis, quas scripsit fer=

rus meus Moses in libro legis, ut tandem erudi=

rem uos, Sed non conuersi estis ad percutien= Ierc. 4. &  
 tem uos. Viæ tue & cogitationes tue fece= 5.

runt hæc tibi. Iniquitates uestræ declinauerunt

hæc, &

P A T E R.

hæc, & peccata uestra prohibuerunt bonū a uo-  
bis, quia inuenti sunt in populo meo impii, insi-  
diantes quasi aucupes, ponentes laqueos & pe-  
dicas ad capiendos uiros. Sicut decipula plena  
auibus, sic domus eorum plenæ dolo. Ideo mag-  
nificati sunt & ditati, incrassati sunt & impin-  
guati, & præterierunt sermones pessimi.

Iere. 22. Lox-  
cetus sum ad te, in habundantia tui, dixisti, non  
audiam. Hæc est uia tua, ab adolescentia tua, qui-

Esa. 59. non audisti uocem meā. Iniquitates uestræ dis-  
uiserunt inter uos & Deum uestrum, & peccata  
uestra absconderunt faciem eius a uobis, ne au-  
diret, Manus enim uestræ polluta sunt sanguines,  
& digitæ uestri iniquitate. Labia uestra locuta  
sunt mendacium, & lingua uestra iniquitatē fa-  
tur. Non est qui inuocet iusticiam, neq; est qui ius-  
dicet uere, sed confidunt in nihili, & loquuntur  
uanitates. Super quo propicius tibi esse potes-  
tro? Auferite malum ab oculis meis. &c. Esa. 1.  
Sed super quo percutiā uos ultra, addentes pre-  
uaricationem? Quo magis ego uos percutio, ho-  
magis indurescitis, & additis peccatum peccato,

Iere. 5. Esa. 48. Scio enim quia præuaricans præuaricaberis,  
& transgressor ex utero uox auite. Sciui qui-  
durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, &  
frons tua area.

Nunquid

C O E L E S T I S.

29.

Nunquid in sempiternum irascer? & in perpetuum litigabo uobiscum. Satis iam satis pater durus fui.

Propter nomen meum longe faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te, ne interreas? Esa. 48.  
Propter me, propter me faciam, ut non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo.

Non propter uos faciam, notum sit uobis. Ezech. 35

Si reuertamini & quiescatis, salui eritis. Esa. 30.

Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo Iere. 8.  
Quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam super malo quod cogitauit facer? ei.

Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, & custodierit omnia precepta mea, & fecerit iudicium & iusticiam, uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor amplius. Nunquid uoluntatis meae est mors impii, & non ut conuertatur a uiliis suis & uiuat?

Nolo mortem impii, sed ut conuertatur impius a via sua, & uiuat. Ezech. 13.

Reuertere auersatrix Israel, & non auerta Iere. 3.  
faciem meam a uobis, quia sanctus ego sum, & non irascer in perpetuum.

Conuer-

P A T E R.

- Iere. 5. Conuertimini filii reuertentes, quia ego uir  
uester. Et assumam uos & introducam uos in  
Zion. Et dabo uobis pastores iuxta cor meū, &  
pascent uos sciētia & doctrina. Patrem uocabis  
me, & post me ingredi non cessabis.
- Esa. 45. Conuertimini ad me, & salvi eritis omnes fi-  
nes terrae, quia ego Deus, & non est aliud. In tem-  
pore placito exaudiui te, & in die salutis auxilia-  
tus sum tibi.
- Iere. 25. Reuertimini unusquisq; a via sua mala, &  
peſsimis cogitationibus uestris.
- Iere. 18. Reuertatur unusquisq; a via sua mala, & di-  
rigite uias uestras & studia uestra.
- Oſe. 14. Conuerte Israel ad Dominum Deum tuum  
quoniam corruisti in iniuitate tua.
- Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde uestro, in  
ieiunio & planctu, & scandite corda uestra, &  
non ueſtimenta.
- Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego couertar ad uos.
- Malach. 3. Conuertimini, & uidebitis quid sit inter iu-  
stum & impium, & inter seruientem Deo, & no-  
seruientem ei.
- Orictur uobis timentibus nomen meum, sol  
iusticie.

Audit

Audite me domus Iacob, & omne residuum Esa. 46.  
domus Israel. Qui portamini a meo utero qui ge-  
stamini a mea uulua. Usq; ad senectam ego ipse,  
& usq; ad canos ego portabo. Ego feci, & fe-  
ram, ego portabo & saluabo.

Nunquid obliuisci potest mulier infantem suz Esa. 49.  
um, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa ob-  
lita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

Audite audientes me, & comedite bonum, & Esa. 14.  
delectabitur in crasitudine anima uestra. Incli-  
nate aurem uestram, & uenite ad me, audite &  
uiuet anima uestra, & feriam uobiscum pactum  
sempiternum, misericordias David fideles.

Ego scio cogitationes, quas cogito super uos Iere. 29.  
cogitationes pacis, & non afflictionis, ut dein uo-  
bis finem, & pacientiam, & inuocabitis me, &  
ego exaudiam uos, quæretis me & inuenietis.

Ecce dies uenient & feriam domui Israel, & Iere. 31.  
domum Iuda fœdus nouum. Non secundum pa-  
ctum quod pepegi cum patribus uestris, in die  
qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos  
& ego dominatus sum eorum. Sed hoc erit pa-  
ctum

P A T E R

etum, quod feriam cum domo Israel. Post dies illatos, dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra uir proximum suum, & uir fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscant me a minimo eorum, usq[ue] ad maximum, quia propiciabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.

Esa.59. Hoc foedus meum cum eis, Spiritus meus qui est in te, &c. Et 54. Sicut in diebus Noe istud mihi est.

Esa.32. Et dabo eis cor unum & uiam unam, ut timent me in uniuersis diebus, & bene sit eis, & filii eorum post eos. Et feriam eis pactum semperiternum, & non desinam eis benefacere, & timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant a me, & latabor super eis, cum bene eis fecero.

Ezech.36 Cum sanctificatus fuero in uobis, tollam uos de gentibus & congregabo uos de uniuersis terris, & adducam uos in terram uestram. Et effundam super uos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & ab uniuersis idolis mundabo uos, & dabo uobis cor unum, & spiritum nouum ponam in medio uestri. Et auferam

## CHRISTI PROMISSIO 31.

Et auferam cor lapideū de carne uestra, & da=bo uobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio uestri, & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & opere=mini, & habitabitis in terra, quā dedi patribus uestris, & eritis mihi in populum, & ego ero uo=bis in Dcūm, & saluabo uos ex uniuersis inqui=namentis uestris.

## CHRISTI PROMISSIO.

Consolamini consolamini popule meus. Lo= Esa. 40.  
quimini ad cor Hierusalem, & aduocate eam,  
quoniam completa est malitia eius, dimissa est ini=quitas illius. Suscepit de manu Domini duplicita pro omnibus peccatis suis. Sup montē excelsum ascende tu, qui Euangelizas Zion, exalta in fortitudine uocem tuā q euangelizas Hierusalem. Ex=alta, noli timere, Dic ciuitatibus Iudæ, Ecce De=us uester, Ecce Dominus Deus in fortitudine ue=nit, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pa=stor gregem suum pascet, in brachio suo congre=gabit agnos, & in sinu leuabit, foetas ipse por=tabit. Prope feci iusticiam meam, & non elon=gabitur, & salus mea nō morabitur. Dabo in Si=

E on salutē

# CHRISTI.

on salutem, & in Hierusalem gloriam meam.

**Deut. 18.** Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam uerba mea in ore eius loqueturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem uerba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ulti existam.

**Hag. 2.** Adhuc modicum est, & ego commouebo caelum & terram, & mare, & aridam, & mouebus omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus.

**Esa. 7.** Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel.

**Esa. 11.** Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum uisionem oculorum iudicabis neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iusticia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terra. Et percutiet terram uirginis sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium, & erit iusticia cingulum lumborum eius, & fides cinctorum renum eius. In die illa radix Iesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprefabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum.

Et dabo

## P R O M I S S I O.

92,

Et dabo clauem domus David super humerū Esa. 22.  
 eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & clau=det, & non erit qui aperiat.

Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus me= Esa. 42.  
 us, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiri=tum meum super eum, iudicium gentibus profet=ret. Non clamabit, neq; accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum nō conteret, & linum fumigans non extinguet. In ueritate educet iudicium, non erit tristis, neq; tur=bulentus, donec ponat in terra iudicium, et legem eius insulæ expectabunt.

Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur et Esa. 52.  
 eleuabitur &c.

Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit soli=tudo, & florebit quasi lili um. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans, gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. Ipsi uidebunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas & genua debilia roborate. Dicite, Pusillamines confortamini, & nolite timere. Ecce Deus uester ulcionē adduct retributiōis. Deus ipse ueniet et saluabit uos. Tunc aperientur oculi cæcorū. & aures surdorū patibunt. Et ambulabunt qui liberati fuerint &

E ii redempti

## CHRISTI

redempti a Domino, conuertentur & uenient in  
Sion cum laude et leticia sempiterna, super cap-  
put eorum. Gaudium & leticiam obtinebunt &  
fugiet dolor & genitus.

Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & iam non erit amplius neq; luctus,  
neq; dolor, neq; clamor erit ultra, que prima abierunt.

Apo. 45.

Ego Dominus & nō est alter, formans lucem  
& creans tenebras, faciens pacem & creans  
malum. Ego Dominus faciens omnia hæc. Rorat  
te cœli de super & nubes pluant iustum, aperiatur  
terra & germinet saluatorē, & iusticia oritur  
simul. Ego Dominus creavi eum. Ipse ædifi-  
cabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam di-  
mittet, non in precio, neq; in muneribus.

Iere. 23.

Ecce dies uenient, & suscitabo Dauid ger-  
men iustum, & regnabit rex & sapiens erit, &  
faciet iudicium & iusticiam in terra. In diebus  
illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confiden-  
ter. Ethoc est nomen, quod uocabunt cum, Do-  
minus iustus noster.

Esa. 28.

Ecce ego mittam in fundamentis Sion lap-  
idem lapidem probatum, angularem, præciosum,  
in fundamentum fundatum, Qui crediderit in  
ipsum

P R O M I S S I O.

53.

ipsum non confundetur.

Lapidem quem reprobauerunt aedificantes,  
hic factus est in caput anguli.

Hic positus est in ruinam, & in resurrectio= *Luc. 2.*  
nem multorum in Israel, & in signum cui cōtra=  
dicitur.

Oblatus est, quia ipse uoluit. Propter scelus *Esa. 53.*  
populi mei percussi eum. In scientia sua iustifica=  
bit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates  
eorum ipse portabit. Ideo dispercam ei plurimos  
& fortius diuidet spolia, pro eo quod tradidit in  
mortem animam suam, & cum sceleratis reputa=  
tus est. Et ipse peccata multorū tulit, & pro trans  
gressoribus rogauit.

Framea suscitare super pastorem meum, & *Zach. 13.*  
super virum coherentem mihi. Percute pastore,  
& dispergentur oves gregis.

Loquetur pacem gentibus, & potestas eius a *Zach. 9.*  
mari usq; ad mare, & a fluminibus usq; ad fines  
terre.

Et tu Bethlehem effrata parvulus es in milie= *Miche. 5.*  
bus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit domina=  
tor in Israel.

Judicabit pauperes populi, & saluos faciet *Psal. 71.*  
filios pauperum, et humiliabit calumniatorem. Et

E iii permanebit

## CHRISTI

permanebit cum sole & ante lunam, in generatione & generationem. Descendet sicut pluvia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iusticia, & abundans pacis donec auferatur luna. Et dominabitur mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & Insulae munera offerunt, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient ei. Quia liberavit pauperem a potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcat pauperi & inopi, & annas pauperum saluas faciet. Ex usuris & iniuriae redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Et uiuet & dabitur ei de auro Arabie, & adorabunt de ipso semper, tota dicta benedicent ei. Erit firmamentum in terra in summis montium, superextollebitur super Libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut foenum terrae. Et nomen eius benedictum in secula, in conspectu solis permanet nomen eius. Et benedicentur in eo omnes tribus terrae, omnes gentes beatificabunt eum.

Gene. 22.

Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi iusticiam

Sticia & pax osculate sunt. Veritas de terra ora= Gene.54.  
ta est, & iusticia de cœlo prospexit. Iuravi Da=uid seruo meo usq; in eternum, præparabo semen tuum, Et ædificabo in generatione & generatio= nem sedem tuam.

Inueni David seruum meum, oleo sancto meo  
unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, &  
brachium meum confirmabit eum. Nihil profici=et inimicus in eo, & filius iniquitatis non appo=net nocere ei. Et concidam a facie ipsius inimi=cos eius, & odientes eum in fugam conuertam.  
Et ueritas mea, & misericordia mea cum ipso, &  
in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam  
in mari manum eius, & in fluminibus dexteram  
eius. Ipse inuocabit me, Pater meus es tu, Deus  
meus, & susceptor salutis mee. Et ego primoge=nitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.  
In eternum seruabo illi misericordiam meam, &  
testamentū meum fidele ipfi. Ipse illuminabit om=nem hominem uenientē in hunc mundū. Et erunt Ioan.1.  
omnes a Deo docti.

Hic est filius meus dilectus, in quo mi=

E iii bi bene Matt. 3.

CHRISTI

hi bene complacui, ipsum audite. Quodcumq; dia  
xerit uobis, facite .Ioan.2.

APOSTROPHE AD CHRISTVM.

Esa.42.

Ego Dominus uocaui te in iusticia, & appre  
hendi manum tuam, & seruaui te. Et dedi te in  
foedus populi, in lucem gentium, ut aperias ocu  
los cœorum, & educas de conclusione uinctum  
de domo carceris, sedentes in tenebris.

Esa. 49.

Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq;  
ad extremum terræ.

Posui uerba mea in ore tuo, & in umbra m<sup>ad</sup>  
nus meæ protexi te, ut plantes cœlos, & fundas  
terram. & dicas ad Sion, populus meus es tu.

Psal. 2.

Filius meus es tu, ego hodie genui te, Sede a dex  
Psal. 109 tris meis donec ponam inimicos tuos scabellum  
pedum tuorum. Virgam uirtutis tuae emittet do  
minus ex Sion, dominare in medio inimicoru<sup>m</sup> tuo  
rum. Tecum principatus in die uirtutis tuae, in  
splendoribus sanctorum, ex utro ante luciferum  
genui te, Iuraui & non poenitebit me, Tu es fa  
cerdos in eternum, secundum ordinem Melchi  
sedech. Dominus a dextris tuis, confregit in die  
iræ sua reges. Iudicabis in nationibus, implebis  
ruinas

ruinas, conquassabis capita in terra multorum.  
De torrente in via bibes, propterea exaltabis caput.

Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa Psal. 44.  
est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te  
Deus in æternum. Accingere gladio tuo, super  
femur tuum potentissime. Specie tua & pulchri-  
tudine tua, intende prospere procede & regna.  
Propter ueritatem tuam & mansuetudinem &  
iusticiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.  
Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in cor-  
da inimicorum regis. Sedes tua Deus in seculum  
seculi, uirga directionis uirga regni tui. Dilex-  
isti iusticiam & odisti iniquitatem, propterea un-  
xit te Deus Deus tuus oleo lætitiae præ consorti-  
bus tuis.

Tu factus es refugium pauperi, adiutor in Psal. 9.  
oportunitatibus in tribulatione.

Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in  
messe, sicut exultant uictores capta præda, quan-  
do diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius, &  
uirgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius  
superasti.

Tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti Zach. 9.  
vincos meos de lacu, in quo non est aqua.

Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas Esa. 49.

E v tribus

C H R I S T V S.  
tribus Iacob, & feces Israel conuertendas.

# CHRISTVS.

Psal. 39.

Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Holocaustum pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce uenio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuam, Deus meus, uolui & legem tuā in medio cordis mei. Annunciaui iusticiam in ecclesia magna, ecce labia mea perhibebo. Domine tu scisti. Iusticiam tuam non abscondi in corde meo, ueritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam et ueritatem tuam a consilio multo.

Esa. 52.

Ego qui loquebar, ecce adsum.

Esa. 61.

Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me. Ad annunciandum mansuetis nūsit me, ut mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertione, ut prædicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro, ut consolarer omnes lugentes, ut ponerem fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis, pro spiritu mœroris.

Dominius

Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare cum, qui laesus est uerbo. Eritget mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum.

Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus me.

Qui fiduciam habet mei, hereditabit terram, & possidebit montem sanctum meum.

Conuertimini ad me, & salui eritis omnes finis terrae, quia ego Dominus, & non est aliud. In memetipso iuraui. Egredietur de ore meo iusticia uerbum, & non reuertetur, quia mihi curabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.

Et scies quia ego Dominus super quo non confundentur, qui expectant eum.

Audite Insulæ, & attendite populi de longe. Ibidem.  
Dominus ab utero uocauit me, de uentre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit os meum ut gladium acutum, & in umbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam.

Salus populi ego sum, De qua cunctis tribulatione

CHRISTVS.

tione clamauerint ad me exaudiam eos, & ego  
illorum Dominus in perpetuum.

Esa. 43. Ego sum, ego sum Dominus, & non est absq;  
me saluator.

Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates  
tuas propter me, & peccatorum tuorum non re<sup>2</sup>  
cordabor.

Ioan. 8. Ego sum lux mundi, Qui sequitur me no<sup>n</sup> affi-  
bulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.

Ego sum uia, ueritas & uita.

Ioan. 14. Ego sum panis uitæ. Qui uenit ad me no<sup>n</sup> es-  
t riet, & qui credit in me, non sicut unquam.

Ego sum panis qui de cœlo descendit. Si quis  
manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum, &  
panis quem ego dabo, caro mea est, pro munici-  
uitæ.

Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis  
carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem,  
non habebitis uitam in uobis. Qui manducat me,  
am carnem, & bibit meum sanguinem habebit  
uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouis-  
fimo die. Caro enim mea uere est cibus, & san-  
guis meus uere est potus, Qui manducat meam  
carnem & bibit meum sanguinem, in me manet,  
& ego

## CHRISTVS.

37.

Ego in eo. Sicut misit me uiuens pater, & ego  
uiuo propter patrem, & qui manducat me, ipse  
uiuet propter me. Hic est panis qui de cœlo des-  
cendit. Non sicut manducauerunt patres uestri  
manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc pa-  
nem, uiuet in eternum. Nonne Moses dedit uobis *Ioan. 7.*  
legem? & nemo ex uobis facit legem.

In iudicium, ego in hunc mundum ueni, ut *9.*  
qui non uident, uideant, & qui uident cæci fiant.

Ego sum resurrectio & uita, Qui credit in *11.*  
me, etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui ui-  
vit & credit in me, non morietur in eternum.

Qui manet in me & ego in eo, hic fert fru- *15.*  
ctum multum.

Ego & pater unum sumus, ego in patre &  
pater in me est. Qui uidet me, uidet & patrem.  
Verba quæ ego loquor, a meipso nō loquor. Pa-  
ter aut in me manens ipse facit opera. Ego a me-  
ipso non ueni, sed pater misit me. Qui recipit me,  
recipit eum qui misit me. Qui credit in me, non  
credit in me, sed in eum qui misit me.

Qui me accipit, accipit eum qui me misit. *13.*

Ego sum ostium ouium, per me si quis intro- *10.*  
erit, saluabitur.

Ego

CHRISTVS.

Ioan. 10. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animabit suam ponit pro ouibus suis. Oves meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

Ose.æ. II. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne.

Vbi nunc mors gloriatio tua, ubi mors aduersus tuus? Ego sum illud quod erat in principio uerbum, &c.

Prôuer. 8. Dominus posset me inicio uiarum suarum anteq; quicq; faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequâ terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam cõcepta erant. Necdum fontes aquarum eruperant, nec dū montes graui mole constiterant. Ante omnes colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando preparabat cœlos aderam, quādo certa lege & gyro uallebat abyssos. Quādo æthera firmabat suum, & librabat fontes aquarum. Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quando constitueret

situeret fundamenta terræ aderam, adiutabamq;  
sum in delitiis eius quotidie, ludo coram eo sem=   
per ludo in orbe terræ eius, & delecto filios ho=   
minis. Nunc itaq; filii audite me. Beati qui uias  
meas obseruant. Audite castigationem & sapit,  
& ne negligite. Beatus qui audit me, & aduigi=   
lat ad fores meas quotidie, ad obseruanda limina  
ianue meæ. Vitam enim inuenit, quisquis me in=   
uenerit, & hauriet uoluptatem a Domino. Qui  
peccat in me iniurius est animæ meæ. Quisquis  
odit me, mortem diligit. Penes me consilium, &  
successus est. Ego intelligentia sum, penes me est  
potentia. Per me reges regnant, & principes  
constituant iusta. Per me domini dominantur, &  
regnant omnes iudices terræ. Ego diligentes me  
diligo, & querentes me. Diuitiae & gloria pe=   
nes me. Opes duraturæ, & iusticia. Melior est  
fructus meus auro & obrizo, & prouentus me=   
us argento electo. In uiam iustum duco, & in se=   
mitas iudicij, ut recte ditem diligentes me, & the  
sauros corum cumulem.

Ego ex ore altissimi prodiui, Primogenita Eccle. 24.  
ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis ut  
oriretur sol indeficiens, & sicut nebula texi om=   
nem terram. Ego in altissimis habito, & thron=   
us meus in columna nubes, gyrum cœli  
circuui

CHRISTVS.

circuiuī sola, & profundum abyssi penetraui, &  
in fluctibus maris ambulaui, et in omni terra ste-  
ti. Et in omni populo, & in omni gente primatū  
habui, & omnium excellentium & humiliū cor-  
da uirtute calcaui. Et in his omnibus requieē quies-  
suī, ut in hæreditate cuiusdā morarer. Tunc pre-  
cepit & dixit mihi creator omnium. & qui crea-  
uit me, requieuit in tabernaculo meo & dixit mi-  
hi. In Iacob habita, & in Israel hæreditare, & in  
electis meis mitte radices. Ab initio & ante se-  
cula creata sum, & usq; ad futurum seculi nō de-  
sinam, & in habitatione sancta coram ipso minia-  
straui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate  
sanctificata similiter requieui. & in Hierusalem  
potestas mea. Et radicauī in populo honorifica-  
to, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in ple-  
nitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus  
exaltata sum in Lybano, & quasi Cupressus in  
monte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades,  
& quasi plantatio rosæ in Hiericho. Quasi oliua  
speciosa in campis, & quasi platanus exaltata  
sum iuxta aquas. In plateis sicut cinnamomū &  
balsamū aromatizans odorem dedi. Quasi myrs-  
ea electa dedi suauem odorem, & quasi storax  
& galbanus & ungula & gutta. Quasi Liba-  
nus non incisus uaporauī habitationem meam, &  
quasi

quasi balsamum non mixtum odor meus. Ego  
quasi terebinthus extendi ramos meos, & ramū  
mei honoris & gratiæ. Ego quasi uitis fructifi-  
& cui suauitatem odoris, & flores mei fructus ho-  
noris & honestatis. Ego mater pulchræ dilecti-  
onis & timoris & agnitionis & sanctæ spei. In  
me omnis gratia uite & ueritatis, in me omnis  
spes uite & uirtutis. Venite ad me omnes qui  
concupiscitis me, & a generationibus meis adin-  
plemuni. Spiritus enim meus super mel dulcis, &  
hereditas mea super mel & fauum. Memoria  
mea in generatione seculorum. Qui edunt me, ad  
huc esurient, & qui bibunt adhuc sicient. Qui  
audit me, non confundetur, & qui operantur in  
me, non peccabunt. Qui elucidant me, uitā æter-  
nam habebunt.

Concupiscite ergo sermones meos, & dili- Sapien. 6.  
gite illos, & habebitis disciplinam. Clara est, &  
que nunquam marcescat sapientia, & facile uidetur  
ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui  
querunt illam. Præoccupat qui se concupiscunt  
ut illis se priorem ostendat. Qui de luce uigila-  
uerit ad illam, non laborabit, assidentem enim illa-  
lam foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa,  
sensus est consumatus, & qui uigilauerit propter  
illam cito cōpos uoti erit, Quoniam dignos seipse

C H R I S T V S.

circuit querens, et in iis suis ostendit se illis his  
littere, et in omni prouidetia occuret illis. Inis-  
cium enim illius uerissima est disciplinae concus-  
piscientia. Cura ergo disciplinae dilectio est. Cu-  
stodia autem legum consumatio incorruptionis  
est. Incorruptio autem facit esse proximum Deo.  
Concupiscentia atque sapientiae ducet ad regnum  
perpetuum. Si ergo delectamini sedibus et scena-  
tris o reges populi, diligitate sapientiam, ut in per-  
Sapien. 5. petuum regnetis. Si quis fuerit consumatus in  
ter filios hominum, si abfuerit ab illo sapientia  
in nihilum computabitur

Esa. 55. Omnes sicientes uenite ad aquas, et qui non  
habetis argentum properate, emite et comedite.  
Venite emite absq; argento, et absq; ulla commu-  
tatione uinum et lac.

Ioan. 7. Si quis sitit, ueniat ad me, et bibat. Qui cre-  
dit in me flumina de uentre eius fluent aquæ ni-  
ue. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non  
sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei  
fiet in eo fons aquæ, salientis in uitam æternam.

Ioan. 4. Venite filii audite me, timorem Domini doce-  
bo uos.

Psal. 32. Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis et onera-  
tis

*estis, & ego reficiam uos.*

*Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui mi= Ioan.6.  
sit me, traxerit eū, & ego resuscitabo eum in no=  
uissimo die. Omnis qui audit a Patre, & didicit,  
uenit ad me. Et omne quod dat mihi pater ueni=  
et ad me, & eum qui uenit ad me non eiiciam fo=  
ras, Et nemo potest de manu mea eripere.*

*Sic Deus dilexit mundum ut filium suū uni= Ibidem.3.  
genitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non  
pereat sed habeat uitam æternam. Non enim mi=  
sit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mun=  
dum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui cre=  
dit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit in no=  
mine unigeniti filii Dei.*

*Sime me nihil potestis facere.*

Ibidem.15

*Nemo uenit ad Patrem nisi per me.*

14.

*Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit  
de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo.*

*Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem Matt.15.  
quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reue=  
lare.*

## CHRISTVS.

- Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei desuper.
- Luce. 18.** Que impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.
- Luc. 1.** Non est impossibile apud Deum omne uerbū. Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Psal. 148.
- Psal. 8.** Omnia subiecit sub pedibus meis, oves & boves uniuersas, insuper & pecora campi, Volucres cœli & pisces maris, & quæ perambulan semitas maris. Constituit me heredem uniuersorum, Et dedit mihi nomen quod est super omnē nomē, Ut in nomine meo flectatur omne genit.
- Ioan. 16.** Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt.
- Mat. 11.** Omnia mihi tradita sunt a patre meo.
- Mar. ult.** Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ego occidam & uiuere faciam, ego percutiam & sanabo, ego deduco ad inferos & reduco & non est qui de manu mea potest eruere.
- Ioan. 5.** Sicut enim pater suscitat mortuos, & uiuifitat, sic & filius quos uult uiuificat. Neq; enim pater iudicat quemq;, sed omne iudicium dedit filio: ut omnes honorificant filium sicut honorificant patrem.

patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. Et in iudicium non uenit, sed transit de morte ad uitam. Et qui uidet filium & credit in eum, habet uitam æternam. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum & quem misisti Iesum Christum.

Non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem Ioan. 5.  
eius qui misit me. Quia descendi de cœlo, non ut Ioan. 6.  
faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui  
misit me. Hæc est autem uoluntas eius, qui misit  
me patris, ut omne quod dedit mihi non perdam  
ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Et  
hæc uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis  
qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam æternam,  
& ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit uiuet. Ioan. II.

Audis & percipis hæc homo? audi, accede  
propius ad me. Ausculta, quod timeas scio, &  
propulsabo facile, me uide. Ego propterea legem  
meam tibi tradidi, auxili, feci imparem, & impor-  
tabilem uiribus tuis, ut ostenderem tibi impoten-  
tiam tuam, ut tandem humiliatus, de te desperans

F iii ad me

CHRISTVS.

ad me recurreres, & reuerteris ad percutientē  
te, & ego paratus darem gratuī tibi gratiā &  
misericordiam mēā, restituēremq; te in integrū,

Causa redigeremq; te in gratiam patris. Ne timeas, Vt  
legis. autem probarem uos, Veni, & dedi uobis man-

Esa. 66. data mea, & ut terror meus esset in uobis, & non  
peccaretis. Porro quid superest, ad quem autem  
respiciam nisi ad pauperculum, & contritū spi-

ritu, & trementem ad sermones meos.

Luce. 12. Ne timeas pusille grex, Placuit enim patri  
uobis dare regnum.

Matt. 9. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad  
pœnitentiam. Non opus est medico ualentibus,  
sed male habentibus.

Filius hominis non uenit sibi ministrari, sed  
ministrare, & dare animam suam redemptionem  
pro multis.

Luce. 19. Venit enim filius hominis querere & seruare  
re quod perierat.

Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est  
regnum cœlorum. Beati qui lugent, quoniam ipsi  
consolabuntur. Beati qui esuriunt & sicutiunt iu-  
sticiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Beatus

*Beatus est, qui semper pauidus est.*

*Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Fides tua te saluum facit.*

*Nisi credideritis non permanebitis. Oculi Domini respiciunt fidem.*

*Ego redemi te fortis Israël. Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super uestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinauit, &c.*

*Confidite ego uici mundum, legem, peccatum, mortem, Sathanam, & inferos. Atque huius rei causa iuxta testimonia scripturarum, conceptus de spiritu sancto, natus ex Maria virginie, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus sum, descendit ad inferos, tertia die resurrexi a mortuis, ascendi ad cœlos, sedeo ad dexteram Dei patris omnipotentis, ubi inter pello pro uobis. Vnde & merui, & misi uobis spiritum sanctum pro arabone, clamantem in cordibus uestris, abba pater. Spiritus ueritatis, paracletus qui a Patre procedit, qui in uobis adsit & maneat uobiscum in eternum.*

## C H R I S T V S.

Qui uos dum hic uiuitis me doceat, congreget, sanctificet, uniat in fide, det efficaciam & cor ultroneum ad Dei mandata, consoletur in adversis, testimonium perhibeat de me, arguat mundum de peccato, iusticia, & iudicio, prædicet remissionem peccatorum in nomine meo. Et post hæc carnis resurrectionem, & uitam æternam.

- Mar. 9. Chri. Credis hæc homo? Ho. Vtq; Domini  
Matt. 16. ne, Te iuuante credo, Credere opus tuum est.  
Joan. 11. Adauge fidem meam Domine. Ego credo, quia  
Joan. 6. tu es Christus ille filius Dei uiui, qui in huc mun-  
dum uenisti. Verba enim uitæ æternæ habes Do-  
minus meus & Deus meus.

## C H R. I S T V S.

Porro ne uerba mea pro uana fabula habeas.  
Et ut certū, ratumq; sit quod dico, ecce pro certo  
et oculari pignore addo tibi duo testamēta & pignora baptismum scilicet & corpus & sanguinem  
meum sub pane & uino ad edendum & bibendum  
in remissionem peccatorum, ut quoties te lex terret.  
Satan conscientiam urget, & damnationem  
pro peccato intentat, & fides iuxta promissiones  
meas uacillat, huc quasi ad sacram ancoram re-  
curras & referas tibi præsentissimum antidotum  
aduersari.

aduersus omnia anime uenena. Adeo ut quam  
 certo scis te baptisatum esse, edere & bibere cor=  
 pus & sanguinem meum, tam certo credas te re=  
 missionem peccatorum accepisse, Deum habere  
 patrem clementissimum, & filium esse Dei, hære=  
 demq; æterni regni cœlorum, non minus atq; ego  
 ipse sum, atq; hæc omnia per me. Vide ne quid  
 uel tentationes Satanae, uel traditiones humanæ  
 seu hæreses hæc ex animo tuo extorqueant, hæc  
 meditare, in his totus sis semper, uel si cubitū eas.  
 uel si cubitu surgas, aut edas aut bibas. Dies, no=  
 tescq; me ames, me desideres, me somnies, me ex=  
 pectes, de me cogites, me speres, me oblectes, me=  
 cum totus sis, meus fac sis postremo animus, quo  
 niam ego sum tuus. Porro iam reliquum nihil est. **Timor**  
 quam ut per totam usq; uitam, summis studiis ad Domini:  
 precepta Domini uiuas ut ostendas obedientiam  
 tuam erga uoluntatem patris, ne imprudens  
 ruas, ne temere quicq; facias contra uerbum Do=  
 mini, ne reconciliatum patrem offendas.

Spiritus sanctus te iuuabit, faciet te ultrone=  
 um, & omnia facilia. Quod autem facere nō po=  
 teris ex uirium fragilitate non imputabitur tibi  
 propter me, quia ego legem adimpleui. Dominus  
 enim uota pro facili habebit.

F v Gratias

# GRATIARVM RELATIO.

Mich. 6.

Quod si libenter uolueris Domino pro tantis  
beneficiis gratias referre, caue cogites, Quid dig-  
num offeram Domino, Nunquid offeram ei ho-  
locaustumata, & uitulos anniculos? Nunquid pla-  
cari potest Dominus in milibus arietum, aut in  
multis milibus hircorum pinguium? Nunquid das  
abo primogenitum meum pro scelere meo, fructu  
uentris mei pro peccato anime mee? Alioqui  
audies. Non accipiam de domo tua uitulos, neq;  
de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt om-  
nes feræ sylvarum, iumenta in montibus & bos-  
ues. Cognoui omnia uolatilia cœli, & pulchritudine  
do agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi,  
Meus enim est orbis terræ, & plenitudo eius. Nun-  
quid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem  
hircorum potabo? Immola Deo sacrificium lau-  
dis, & redde altissimo uota tua. Inuoca me in die  
tribulationis tue, & eruam te, & honorificabis  
me.

Mich. 6.

Indicabo tibi o homo quid sit bonum, &  
quid Dominus requirat a te. Vtiq; facere iudi-  
cium, & diligere misericordiam, & sollicitum am-  
bulare cum Deo tuo.

Esa. 53.

Dissolute colligations impietatis, solue fasci-  
culos

culos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt  
liberos, & omne onus dirumpe.

Frange esurienti panem tuum, & egenos ua-  
gosq; induc in domum tuam. Cum uideris nudum  
operi eum, & carnem tuam ne despixeris. Tunc  
erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua  
citius orietur. Et antebit faciem tuam iusticia tua  
& gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, &  
Dominus exaudiet, clamabis, et dicet, ecce adsum.  
Si abstuleris de medio tua catenam, & desieris ex-  
tendere digitum, & loqui quod non prodest, cum  
effuderis esurienti animam tuam, & animam af-  
flictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, &  
tenebre tuae erunt sicut meridies, Et requiem da-  
bit tibi Dominus semper, & ossa tua liberabit. Et  
eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aqua-  
rum, cuius non deficient aquæ. Os enim Domini  
locutu est. Esuriui, & dedistis mihi manducare, Matt. 25.  
Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, &  
collegistis me. Nudus, & operuistis me. Infir-  
mus, & uisitastis me. In carcere eram, & ueni-  
stis ad me. Amen dico uobis, quod fecistis uni ex  
fratribus meis minimis, mihi fecistis. Qui susci- Matt. 18.  
pit parvulum in nomine meo, me suscipit.

Qui recipit uos, me recipit, & qui me recipit, Matt. 10.  
recipit

## GRATIARVM ACTIO.

recipit eum qui me misit. Qui recipit Prophetam  
in nomine prophetæ, mercedem prophetæ acci-  
piet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, merce-  
dem iusti accipiet. Et quicunq; potū dederit uni  
ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ, tantum iat  
nomine discipuli. Amen dico uobis non perdet  
mercedem suam.

**Deut. 15.** Non deerunt pauperes in terra habitationis  
tuæ, idcirco ego präcipio tibi, ut aperias manum  
fratri tuo egeno & pauperi qui tecum uersatur  
in terra. Ex substantia tua fac elemosynam, &  
noli auertere faciem tuam ab ullo paupere, ita  
enim fiet, ut nec a te auertatur facies Domini.

**Tob. 4.** Quantum poteris, tantum esto misericors. Si mul-  
tum tibi fuerit, abudanter tribue, si exiguum tibi  
fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude.

**Corin. 2.** Hilarem datorem diligit Deus, Et qui dispersit,  
dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculo se-

**Prover. 3** culi. Honora Dominū de tua substantia, & de  
primiciis omnium frugum tuarum, & implebun-  
tur horrea tua saturitate, & uino torcularia re-  
undabunt.

**Luce. 14.** Cum facis prandium aut cœnam, noli uocas  
re amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos,  
neq; uicinos diuites, ne forte & ipsi te reimuitēt,  
& fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiui-  
um, uocas

**GRATIARVM ACTIO.** 44  
um, uoca pauperes, debiles, claudos, cœcos, &  
beatus eris, quia non habent retributionem tibi.

Facite uobis amicos de mammona iniquo, ut **Lucæ** 16.  
cum defuerit uobis, recipient uos in æterna ta= bernacula.

Mandatum nouum do uobis, ut diligatis uos inuicem sicut ego dilexi uos. Maiorem charitatē **Io. iii. 15.**  
nemo habet, ut animam suam ponat quis pro ami cis suis. In hoc cognoscet omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis inuicem.

## VITA ET OPE-

RA PIORVM.

**D**E cætero ne transigas uitam in otio modis omnibus dabis operam, ut serues timorem Domini, ne prudens benignum illum patrem offendas. Quin potius regnum in quod te iam adserui studeas augere, alios perducere, per doctrinam, uitam, & opera charitatis in proximū qui bus testaris fidem, & quemadmodum tibi seruiui & ipsi seruias. Filius enim hominis non uenit ut sibi ministretur, sed ut ministraret & daret animam suam redemptionem pro multis. Et si ego Dominus uester & magister, iam uestros pedes, & uos

## VITA ET OPERA

**t. Ioan.3.** *& uos debetis alter alterius lauare pedes. In hoc cognouistis charitatem meam, quoniam ego animam meam pro uobis posui, & uos debetis pro fratribus animas ponere. Maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, in eo ueritas non est. Qui habet mandata mea & seruet ea, ille est qui diligit me. Qui dicit se in Deo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodū ego feci, & uos faciat. Cœpi facere & docere. Qui dicit se in luce esse & fratrem suum odit, in tenebris est usq; adhuc. Qui habuerit substantiā huius mundi, & uiderit fratrem suū necessitatē habere, & clauserit uisera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, ne diligatis uerbo & lingua, sed opere & ueritate. Oportet iuxta fidem esse opera. Fides siquidē sine operibus mortua est. Oportet ex operibus fidem ostendere. Vos estis sal terae. Quod si saleuanuerit quo salietur? Ad nihil ualeat ultra, nisi ut mittatur foras & consumetur ab hominibus.*

**Iaco.2.**

**Matt. 5.** *Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscendi supra montem posita, neq; accendent lucernam*

ternā, & ponunt eam sub modio, sed super can= delabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Si luceat lux uestra corā hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificant patrem uestrū qui in cœlis est. Regnum Dei non est in sermo= ne, sed in uirtute. Virtutis laus omnis in actione consistit.

Non omnis qui dicit mihi Domine Do = Matt. 7.  
 mine intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intra= bit in regnum cœlorum. Posse prædicare uerbū, uirtutes adeo & prodigia facere, non statim ar= guit Christianum, etiam impii hæc possunt. Multi dicent mihi in illa die Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, et in nomine tuo dæ= monia elecimus, in nomine tuo uirtutes multas fe= cinus? Manducauimus coram te & bibimus, &  
 in plateis nostris docuisti. Et tunc confitebor il= lis, quia nunquā noui uos, Discedite a me, qui ope= rami iniuitatem. Omnis ergo qui audit uerba  
 mea hæc & facit ea, assimilabitur uiro sapien= ti qui ædificauit domum suam supra petram. Et omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, dissimilabitur uiro stulto, qui ædificauit do= mum suam super harenam. Qui soluerit unū de mandatis meis minimis, & docuerit sic homines,  
 minimus

Luce. 13.

Matt. 7.

## VITA ET OPERA

m̄n̄im̄us uocabitur in regno c̄elorum. Qui autem  
fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in reg-

**Luce.** 12. no c̄elorum. Seruus sciens uoluntatem domini  
& non faciens, plagis uapulabit multis. Seruus  
autem non sciens uoluntatem domini sui, plagis

**1. Cor.** 13. uapulabit paucis. Si linguis hominum loquar  
& angelorum, charitatem autem nō habeam, fa-  
tus sum quasi æs sonans, aut cymbalum tinni-  
scere. Et si habuero propheciā, & nouerim mysteria  
omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnē  
fidem, ita ut montes transferam, charitatem autē  
non habeam, nihil sum. Et si distribuero in ci-  
bos pauperum omnes facultates meas, & sitras  
didero corpus meum ad comburendum, charita-  
tem autem non habuero, nihil mihi prodest. Char-  
itas paciens est, benigna est. Charitas nō enu-  
latur, non agit perperam, non inflatur, non ej-  
ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur,  
non cogitat malū, nō gaudet super iniquitate, con-  
gaudet autem ueritati. Omnia suffert, omnia cre-  
dit, omnia sperat, omnia sustinet. Diligite igitur  
sine simulatione, odientes malum, adhærentes bo-  
no, Charitate fraternitatis inuicem diligentes,  
honore inuicem præuenientes. Sollicitudine non  
pigri, spiritu feruentes. Domino seruientes, spe  
gaudentes, in tribulatione pacientes. Necesse erit  
bile

bus sanctorum communicantes, hospitalitatem se  
stantes. Benedicite per sequentibus uos, benedici-  
te, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudienti-  
bus, flete cum flentibus. Idem inuicem sencien-  
tes. Non alte sapientes, sed humilibus consenci-  
entes. Nolite esse prudentes apud uosmetipso.  
Nulli malum pro malo reddentes, prouidetes bo-  
na corā omnibus hominibus. Si fieri potest, quod  
ex ex uobis est, cū omnibus hominibus pacem ha-  
bentes. Non uosmetipso defendentes chariss. sed  
date locum iræ. Scriptum est enim, Mihi uindi-  
cam, & ego retribuam. Sed & si esurierit ini-  
micus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Hoc  
faciens carbones ignis cōgeres super caput eius.  
Nolite uinci a malo, sed uince in bono malum.

Omnis anima potestatibus sublimioribus sub Roma. 13.  
dita fit. Reddite ergo omnibus debita, Cui tri-  
butum, tributum, cui uectigal, uectigal, cui timo-  
rem, timorem, cui honorem, honorem. Nemini  
quicq̄ debeat, nisi ut inuicē diligatis. Qui enim  
diligit proximū, legem impleuit. Quæcunq; igi-  
tur uultis ut faciant uobis homines, hæc & facite  
illis. Infirmum in fide adsumite. Roma. 14.

Omnia autem facite sine murmurationibus, Philip. 2.  
& hæsitationibus, ut sitis sine quærela, & simpli-

## VITA ET OPERA.

ees filii Dei sine reprehensione in medio nationis  
prauæ atq; peruersæ, inter quos lucetis sicut lu-  
minaria in mundo , uerbum uitæ continentes.

**Pct. 3.**

Parati semper ad satisfactionem omni posse-  
ti uos rationem, de ea que in uobis est spe , cum  
modestia & timore, conscientiam habentes bo-  
nam, ut in eo quod detrahunt de uobis confusa-  
dantur, qui calumniantur uestram bonam in Christo  
conuersationem. Melius enim benefacientes,  
(si uoluntas Dei uelit ) pati , q malefacientes,

**Pct. 4.**

Ante omnia autem mutuam in uobis in etip-  
sua charitatem continuam habentes. Quia charitas  
operit multitudinem peccatorum. Hospitales in-  
uicem sine murmuratione. Vnusquisq; sicut ac-  
cepit gratiam in alterutrum illam administrat-  
tes, sicut boni dispensatores multiformis gratia-  
Dei. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Si qui  
ministrat, tanq; ex uirtute, quam administrat De-  
us, ut in omnibus honorificetur Deus. Sic quic-  
quid facitis ad gloriam Dei facite. Vnusquisq;  
suo officio & uocationi inseruiat in Dominum.

**Pet. 5.**

Omnes sibi inuicem subiiciamini. Quanto maior-  
es, humilia te in omnibus. Humiliamini sub potes-  
tenti manu Dei ut uos exaltet in tempore suo. Hoc

**Philip. 2.**

sentite in uobis quod in Christo Iesu. Qui cum in  
forma Dei esset non rapinam arbitratus est , sed  
esset æqualis Deo, sed semetipsum exinanivit, for-

maris

man serui accipiēs, in similitudine hominū factus  
 & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetip-  
 sum, factus obediens usq; ad mortem, mortem aut  
 crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū, &  
 donauit illi nomen quod est sup omne nomen, ut  
 in nomine Iesu omne genu fleatur, cœlestiū, ter-  
 restriū, & infernorū, & omnis lingua confi-  
 teatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est  
 Dei patris. De cætero fratres quæcunq; sunt ue-  
 ra, quæcūq; pudica, quæcunq; iusta, quæcūq; san-  
 cta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, si  
 qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.  
 Hæc agite, & Deus pacis erit uobis. Mortifi- Colos. 3.  
 cate mēbra quæ sunt super terram, fornicationē  
 & immunditiā, libidinem, cōcupiscentiam malā,  
 & auariciā, quæ est simulacrorū seruitus. Prop-  
 ter quæ uenit ira Dei super filios incredulos, in  
 quibus & uos ambulastis aliquando cū uiueritis  
 in illis. Nunc aut deponite et uos omnia, iram, in-  
 dignationē, malitiam, blasphemiam, turpem sermo-  
 nem de ore uestro. Nolite mentiri inuicē, exuētes  
 antes uos ueterem hominē cū actibus suis, & in-  
 duentes nouū, eum q; renouatur in agnitione Dei,  
 secundū imaginē ciuis qui creauit eum, ubi non est  
 gentilis & Iudeus, circūcisio & præpucium Bar-  
 barus, Scytha, seruus, liber, sed oīa & in omni-  
 bus Christus.

G ii Induite

## VITA ET OPERA

Induite ergo uos sicut electi Dei, sancti & dilecti uiscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes iniuriam, & donantes uobis metipsis, si quis aduersus aliquem habet querelas, sicut Dominus donauit uobis, ita & uos, Super omnia autem hæc, charitatem, quod est uinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua & uocati estis in uno corpore. Et grati estote. Verbum Christi habitet in uobis abundanter in omni sapientia, docentes & commonentes uos metipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus in gratia canentes in cordibus uestris Domino.

1. Cor.10. Omne quodcunq; facitis in uerbo aut in opere, siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quicq; facitis, omnia in gloria Dei, & in nomine Domini Iesu facite, gratias agetes Deo & Patri per ipsum. Mulieres subdite estote uiris uestris, siue oportet in Domino. Viri diligite uxores, & nolite amari esse ad illas. Filii obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in Domino.

Patres nolite ad indignationem prouocare filios uestrros, ne desponteant animu. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad ocium seruientes quasi hominibus placentes, sed in simplicitate

simplicitate cordis, timentes Dominum. Quod= cung; facitis ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus, scientes quod a Domino re= cipietis mercedes hæreditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique gesit, & non est personarū acceptio apud Deum. Vos domini quod iustum est & æquum seruis præstate, scientes quod & uos Dominum habetis in cœlo. Orationi instate, uigilatē in ea cum gratiarum actione.

Videte ne quis malum pro malo alicui red= 1. Thes. 5. dat, sed semper quod bonum est seclimenti iniui= tem & in omnes. Spiritum nolite extinguere, Prophecias nolite spernere. Omnia autē proba= te, quod bonum est tenete, ab omni specie mala ab= stinetete. Ipse autem Deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester & anima & corpus, sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.

Apparuit saluatoris gratia Dei omnibus ho= Tit. 2. minibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrie & iuste & pie ui= uamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris no= stri Iesu Christi, qui dedit seme ipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret

G iii sibi

## VITA ET OPERA

sibi populum acceptabilem, sectatorem honorans  
**Roma. 6.** operū. Consepulti estis cum Christo per baptis-  
tismum in morte, ut quemadmodū Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita et uos in  
**Ibidē. 13.** nouitate uitæ ambuletis. Hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit, Abiiciamus ergo opera tenetiarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Non in commissationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in cōtentione & emulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.

**Roma. 6.** Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius. Sed neque exhibeatis membra uestra, arma iniquitati peccato, sed exhibete uos Deo tanq; ex mortui uiuentes, & membra uestra arma iusticie Dei. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire in imundicie & iniquitati ad iniquitatem, ita nunquam exhibet membra uestra seruire iusticie in sanctificationem. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones.

**Gaal. 5.**

siones, sectæ, inuidia, homicidiae, ebrietates, commissationes, & his similia, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Nolite conformari huic seculo malo, scientes 2. Cor. 5. quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur a Domino, per fidem ambulanus non per speciem. Non enim habemus hic manentem cuius Ebre. 13. tatem, sed futuram inquirimus. Qui ergo utuntur 1. Cor. 7. tur hoc mundo, sint tanq; non utentes. Nemini 2. Co. 6. dantes ullam offensionem ut non uituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibemus nosmetipos sicut Dei ministros, in multa paientia, in tribulatiōibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiliis, in iciuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate nō ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei. Per arma iusticia a dextris, et a sinistris. Per gloriam & ignobilitatē, Per infamiam, & bonam famam, ut seductores, attame ueraces. Sicut qui ignoti, & cogniti. Quasi morientes & ecce uiuimus & castigati, & non mortificati. Quasi

G. iiiii tristes

## VITA ET OPERA

tristis semper autem gaudētes. Sicut egentes, multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes, et omnia possidentes. Scientes abundare, et penuriam pati. Nihil cum sit, nihil tamen deficit. Est autem questus magnus pietas cum sufficiētia. Nihil enim intulimus in hunc mundū, et certe nec auferre quicq̄ possumus. Habentes autē alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incident in temptationem, et laqueum Diaboli, et desideria multa, inutilia et nocua, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Hęc demum est uita Christiana, et bona opera piorum, fidem testantia, quae qui nō facit, nec uiuit secundum hęc, fidem abnegauit, et subuersor est huiusmodi.

Siquidem duo cum primis arguunt Christianum. Doctrina scilicet et uita. Se enim et suam doctrinam suspectam facit et Deo contumeliam infert, qui aliter uiuit atq; docet. Hi cacant in causa Israclitarum. Propter eos male audit uerbum Dei apud incredulos, et uituperatur ministerium eorum. Hi sunt nubes sine aqua, promittentes pluiam.

1. Timo. 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, et bonum testimonium habere ab iis qui foris sunt. Seipsum

Seipsum in omnibus præbere exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate. Oportet pastorem oves præire, Et seren= Matt.15.  
 tem accipere semen in manum. Oportet magistratus legum similes esse. Carere debet omni uicio, qui in alium dicere paratus est. Quæ culpa re soles ea tu ne feceris ipse. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Non confundant opera tua sermonem tuum, ne quando cum in eccl[esi]ia loquaris, tacitus quilibet respondeat, Cur ea quæ dicas ipse non facis? Tu Christianus cog nominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, et nosti uoluntatem eius, & probas utiliora, instruclus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui sunt in tenebris, cruditatem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & ueritatis in lege. Qui ergo aliud doces, teipsum non doces. Qui predicas non furandum, furaris. Qui dicas nō mœchandum, mœcharis. Qui abominaris idola, sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris per prævaricationem legis, Deum in honoras. Nomen enim Dei per uos blasphematur inter gentes sicut scriptum est. Cum diceretur de eis, populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt, & pepercit nomini sancto meo, quod polluerat Do-

Roma. 2.

## VITA ET OPERA

**Psal. 49.** mis Israel in gentibus ad quas ingressi sunt. Tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum per os tuum. Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si uidebas furem currebas cum eo, & cum adulteris poracionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tue ponebas scandalum, haec fecisti & tacui. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Vos autem receperistis de uia, & scandalizastis plurimos in lege. Irritum fecisti pacium Leui. Propter quod & ego dedi uos contemptibiles, & humiles omnibus populis.

**Mala. 2.**

**Matt. 7.** Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uiuas, aut de tribulificus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona, fructus malos facere, neque arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis

cetis eos. Super cathedram Moysi sederunt scri- Matt. 23.  
 bæ & pharisæi, quæcunq; dixerint uobis, scr=  
 uate, & facite, secundum opera autem eorū no= lite facere. Dicunt enim & non faciunt. Ore Tit. 1.  
 profitentur se nosse Deum, factis autem negant,  
 cū sint abominati, & increduli, & ad omne opus  
 bonum reprobri, semper cautelio notitiam habent Timo 4.  
 conscientiam, & uermis eorum non moritur. Esa. 66.

Credidi propter quod locutus sum. Corde cre Roma. 10.  
 ditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad sa= lutem. Qui confitebitur me coram hominibus, Matt. 10.  
 confitebor & ego cum coram patre meo. Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo & Angelis Dei. Si cir Gal. 5.  
 cuncisionem prædico, quod adhuc persecutione patior. Si hominibus placerem, Christi seruus Gala. 1.  
 non essem. Ut non loquatur os meum opera ho minum, propter uerba labiorum tuorū ego susti nui vias duras.

Maledictus omnis hypocrita. Et uæ duplii Eccl. 2.  
 corde, & labiis scœlestis, & manibus malefaci entibus, & peccatori terram ingredienti dua bus uiis.

Quam bonus est Deus Israclis his qui reflo sunt corde.

Beatis

## VITÀ ET OPERA

- Ioan. 13.** Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Si quis non diligit me, sermones meos non seruat. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores iustificabuntur. Estote autem factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos. Quod si quis auditor est uerbi, & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum nativitatis sue in speculo. Considerauit enim se, & abiit, statim oblitus est qualis fuerat. Qui autem perspexerit in legem perfidiam, quæ est libertatis, & permanserit, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Qui summopere docet Christum, & prædicat uerbum, nec secundū hoc uiuit, mercenarius est, non pastor. Et qui nec frigidus nec calidus est, sed tepidus expiuitur.
- Lucæ. 13.** Iussi arborem succidere qui non ferebat fructus. Maledixi ficum in qua præter folia nihil inueni. Proieci in tenebras exteriores seruum, qui talentum sudario inuolutum in terram defuderat.
- Matt. 21.**
- Matt. 25.**
- Matt. 25.** Prudentes uirgines habent oleum, uasa & lampadas, fatuæ autem uasa quidem habent, oleum non

P I O R V M.

51.

non habent, & lampades extinguuntur.

Scire, & posse loqui de uerbo Dei, non adeo  
magnum est. Siquidem & picas docemus uerba  
nostra conari. Et magister artis, ingeniiq; lar= Matt. 7.  
gitor, uenter, docet psitacū suum chære. Sed fa=

cere & uiuere secundum uerbum Dei omnium  
maximū est, ampla & speciosa uia est querere.

D I F F E R E N T I A

O P E R V M.

Vt autem certus sis que facias bona opera,  
que Deo placeant, non oportet te quæuis exco=

gitata opera facere. Non enim statim bonum est  
quod inuenit & statuit ratio, sed quæ ego præ=

cepi, & uerbo meo congruunt.

Frustra enim colunt me mandatis hominum.  
Et omnis plantatio, quam nō plantauit pater me=

us coelestis, eradicabitur. Non addetis neq; aufe=

retis quicq; de uerbo meo quod loquar ad uos.

Neq; quisquam faciat, quod sibi bonum uidetur,

sed quæ ego præcipio uobis. Hæc est regia uia,  
ambulate in ea, & non declinetis, neq; ad dexte= Deut. 12.

ram neq; ad sinistram. Vos amici mei estis, si Esa. 30.

feceritis quæ ego præcipio uobis. Et docete ali=

os

## VITA ET OPERA

os seruare & facere, que ego mandaui uobis.

Matt. 28.

Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum uberiorem adferat. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut pater meus non potest ferre fructum a se metipso, nisi manserit in uite, sic & uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites, Qui manet in me, & cogit in eo hic fert fructum multum, qui a fine me nihil praestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmites & arescet, & colligent curvum & in ignem mittetur & ardet. Si manseritis iuouueritis petetis, & fiet uobis. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum adferatis & efficiamini mei discipuli. Omne opus ex fide bonum est. Quicquid ex fide non est, peccatum est. Vide prius ut sit arbor bona, que ultro ferat fructus bonos. Quod si arbor illa aliquando ferat uerminosa poma, non propterea perpetuo male est. Non enim est iustus qui non peccet, & peccatum illud non est ad mortem. Quod si uocatio tua, & uita status ex fide bonus est, certe boni erunt opera. Atq; ea caue facias ut iustificeris

Roma. 14

bonum est. Quicquid ex fide non est, peccatum est. Vide prius ut sit arbor bona, que ultro ferat fructus bonos. Quod si arbor illa aliquando ferat uerminosa poma, non propterea perpetuo male est. Non enim est iustus qui non peccet, & peccatum illud non est ad mortem. Quod si uocatio tua, & uita status ex fide bonus est, certe boni erunt opera. Atq; ea caue facias ut iustificeris

sed ut glorifices nomen Dei, & seruias proximo. Non enim habet Deus cælum uenale, ergo nullo opere mæreberis, solus ego hoc non auro aut argento, sed precioso sanguine meo promœtrui. Fides, non opera iustificant, opera testantur fidem.

Nisi abundauerit iusticia uestra, plus quam Matt. 5. scribarum & phariseorum non intrabitis in regnum coelorum. Omnia autem opera sua faciunt, Matt. 23. ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificat fimbrias. Amant primos recubitus in coenis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi, stantes in Synagogis, & in an= Matt. 6. gulis platearum orant ut uideantur ab homini= bus. Exterminant facies suas ut appareant homi= nibus ieiunare. Amen dico uobis, repperūt mer= tecdem suam. Attendite ergo ne iusticiam ue= stram faciat coram hominibus, ut uideamini ab eis. Te autem faciente elemosynam, nef= ciat sinistra tua quid faciat dextera tua, &c.

Mundi

# MVNDI PERI C V L V M.

**P**orro cuius te diligenter admoneam iam sat aperte edocetis es viam ueritatis, & iter tend ad patrem, illud pro viribus tene, & diligenter caue ne traditionibus hominum circumueniaris & adducaris a via regia qua recta itur ad calum, ne declimes neq; ad dexteram neq; ad sim stram. Sed si nos, aut angelus de cœlo euangelizat uobis, preter quam quod euangelizauimus

- Gala. 1.** uobis] anathema sit. **1. Cor. 7.** uobis fieri serui hominum. Frustra enim me colunt docentes & seruantes mandata hominum.
- Matt. 7.** Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Cauete uos a fermento phariseorum. Necesse est ut scandala fiant, ue autem homini per quæ scandala uenit. Oportet dissensiones & hæreses fieri, ut qui probati sunt manifesti fiant. Vide ne quis uos seducat, Multi enim uenient in nomine meo dicentes. Ego sum Christus, & seducent multos. Surgent enim pseudo Christi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri possit)
- 1. Ioan. 4.** **Matt. 24.**

Potest) etiam electi. Deut. 13. Si surrexerit in I. Cor. 10.  
medio tui prophetes &c. Sed fidelis est Deus,  
qui non sinit suos tentari supra quam ferre pos=

sunt.  
Cauete canes, cauete lupos, cauete malos ope= rarios. Ego scio quoniam intrabunt post discipu= sionem meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi. Quare obseruate eos qui dissensiones & Roma. 16.  
offendicula praeter doctrinā quam uos didicistis faciūt, & declimate ab illis, Huiusmodi enim Christo Domino non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt cora da simplicium.

Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouis= simis temporibus discedent quidam a fide, atten= dentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmonio= rum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cau= teriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem.

Et hoc scio, quia in nouissimis diebus instabūt tempora periculosa, & erunt homines seipso= amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemati, paren= tibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affe= cione, sine pace, criminatores incōtinentes, im=

## MVNDI PERICVLVM.

mites, sine benignitate, proditores, proterui, <sup>fl</sup>  
mido, & uoluptatum amatores magis quam Dei,  
habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem  
**Titum. 1.** eius abnegantes. Confitentur quidem se nosse  
Deum, facilis autem negant, cum sint abominatae  
& increduli, & ad omne opus bonum reprobatae.  
**2. Timo. 3** Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos,  
& captiuas ducunt mulierculas oneratas  
peccatis, que ducuntur uariis desideriis, semper  
discentes, & nunq ad scientiam ueritatis peruenientes.  
**2. Thes. 2.** Postremo ueniet discessio, & exurget hominem peccati, filius perditus, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanq sit Deus. Quem ego interficiam spiritu orationis  
mei & destruam illustratione aduentus mei, cum cuius aduentus est secundū operationem Sathanæ in omni uirtute & signis, & prodigiis, mendacibus & in omni seductione iniquitatis, his quae percunt, eo quod charitatem ueritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendatio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati.

Cris

# CRVX.

35,

**P**orro inter hos non potes uersari ex uiuere  
sine tentatione, persecutione & cruce. Quoni  
am omnes qui uolunt pie uiuere in Christo, per-  
secutionem pacientur.

Ecce ego mitto uos sicut oves in medio lupo-  
rum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, &  
simplices sicut columbe. Cauete ab homini-  
bus, tradent enim uos in conciliis, & in syna-  
gogis flagellabunt uos, & ad praefides & ad  
reges ducemini propter me, in testimonium il-  
lis & gentibus. Cum autem tradent uos, nolite  
cogitare, quomodo aut quid loquamini. Dabitur  
enim uobis in illa hora quid loquamini. Non  
enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris  
uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater  
fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent  
filii in parentes, & morte eos afficiant, & eritis  
odio omnibus hominibus propter nomen meum.  
Qui autem perseverauerit usq; in finem, hic sal-  
uus erit. Cum enim persequentur uos in ciuitate  
hac, fugite in alia. Non est discipulus supra magi-  
strum, nec seruus supra dominū suum. Sufficit dis-  
cipulo ut sit sicut magister eius, & seruo sicut do-  
minus eius. Si patrē familias Beelzebub uocaue-  
H u runt, quanto

I.Timo. 1.

Matt. 10.

C R V X.

quanto magis domesticos eius. Si me persecuti  
Ioan. 15. sunt et uos persequentur. Si sermonem meum ser-  
uauerunt, et uestrum seruabunt. Sed haec omnia  
Matt. 10. facient uobis propter nomen meum, quia nesciunt  
cum qui me misit. Nolite timere eos qui occi-  
dunt corpus, animam autem non possunt occides-  
re, sed potius timete eum, qui potest animam et  
corpus mittere in gehennam. Nonne duo passeris  
asse ueneunt, et unus ex illis non cadet super ter-  
ram sine patre uestro. Vestri autem capilli capi-  
tis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, mul-  
tis passeribus meliores estis uos. Omnis ergo  
qui confitebitur me coram hominibus, confitebor  
et ego eum coram patre meo, qui in cœlis est.  
Nolite arbitrari, qui a ueni pacem mittere in ter-  
ram. Non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni  
enim separare hominem aduersus patrem suum,  
Mich. 7. et filiam aduersus matrem suam, et nurum ad-  
uersus socrum suam, et inimici hominis dome-  
stici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam  
me, non est me dignus, et qui amat filium, aut fa-  
liam supra me, non est me dignus. Si quis uenit  
Lucæ. 14. ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et  
uxorem, et filios, et fratres et sorores, adhuc  
et animam suam non potest meus esse discipu-  
lus. Et qui non bauisat crucem suam, et uenit post  
me,

me, non potest meus esse discipulus. Si quis uult Mar. 8.  
 uenire post me, deneget s̄metipsum, & tollat cru-  
 cem suā, & sequatur me. Qui enim uoluerit ani-  
 mam suam saluam facere, perdet eam, qui autem  
 perdiderit animam suam propter me & Euange-  
 lium, saluam faciet eam. Amen dico uobis, quod Matt. 19.  
 uos qui secuti estis me, in regeneratione cum se-  
 derit filius hominis in sede maiestatis suae, sede-  
 bitis & uos super sedes duodecim iudicātes, duo-  
 decim tribus Isracl. Et omnis qui reliquerit do-  
 mum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut ma-  
 trem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter  
 nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æter-  
 nam possidebit.

Beati qui persecutionem paciuntur propter Matt. 5.  
 iusticiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorū.  
 Beati estis cum maledixerint uobis homines, &  
 persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum  
 aduersus uos, mencientes propter me. Gaudete  
 & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in  
 cœlis. Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fue-  
 runt ante uos. 1. Pet. 3. Et quis est qui uobis no-  
 ceat, &c. Si exprobramini in nomine Christi, 1. Pet. 4.  
 beati eritis, quoniam gloria & spiritus Dei super  
 uos requiescat. Iuxta ipsos quidem blasphematur  
 iuxta uero glorificatur. Nemo autem uestrū

H iii paciatur

C R V X.

**P**adatur quasi homicida, aut fur, aut maleficus,  
aut aliorum appetitor. Si autem ut Christianus,  
non erubescat, glorificet autem Deum in isto nos-  
mine, quoniam tempus est, ut incipiat iudicium &  
Domo Dei. Si autem primū a nobis incipit, quis finis  
eorum qui non credunt Dei Euangelio? Et si iu-  
stus uix saluabitur, impius & peccator ubi pas-  
rebunt? Quod si in uiridi ligno hæc faciunt, in  
arido quid fiet? Cum iustus in terra persoluat,  
quanto magis impius & peccator. Itaq; & hi  
qui paciuntur secundum uoluntatem Dei, fidelis  
creatori commendent animas suas in benefactis.

**Pro. 11.**

Nemo coronabitur, nisi qui legittime certos  
uerit.

**Acto. 14.**

Per multas tribulationes oportet nos intrare  
in regnum Dei, Per uarios casus per tot discris-  
mina rerum tendimus in patriam.

**Lucæ ult.**

Oportet Christum pati, & sic intrare in glo-  
riam suam. Et oportet nos conformes fieri pa-  
sionum Christi.

**Roma. 8.**

Quod si compatimur, ergo &  
Pro. 15. conregnabimus, Gloriam præcedit delectio.

**Ioan. 15.**

Si odit uos mundus, scitote quia me priorem  
uobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus  
quod suum erat diligenter. Qui a uero de mundo

non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea  
odit uos mundus.

Tradent uos in tribulationē & occident uos, Matt. 25.  
& eritis odio oībus gentibus propter nomē meū.

Hec loquor uobis, ne scandalizemini. Absq; Ioan.16.  
synagogis facient uos. Sed uenit hora, ut omnis  
qui interficit uos, arbitretur obsequium se p̄rē-  
stare Deo. Et hæc facient uobis, quia non noue-  
runt patrem neq; me.

Amen amen dico uobis, quia plorabitis & fle-  
bitis uos, mundus autem gaudebit, Vos autē con-  
tristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gau-  
diū. Mulier cum parit, tristiciam habet, quia ue-  
nit hora eius. Cum autē peperit puerum, iam nō  
meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus  
est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem  
tristiciam habetis. Iterum autem uidebo uos, &  
gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrū nemo  
tollet a uobis. Seminabitis in lachrymis, in exul-  
tatione metetis. Euntes ibitis & flebitis mittentes  
semina uestra. Venientes autem uenietis cum ex-  
ultatione, portantes manipulos uestros.

Non reputo cōdignas esse passiones huius tem Roma.8.  
poris ad futurā gloriā quæ reuelabitur in nobis,  
quoniā oculus non uidit, neq; auris audiuit, nec in  
cor hominis ascenderunt quæ preparauit Deus  
diligētibus se.

H iiii Summa

## LVCTA PIORVM.

**Ioan. 16.** Summa, In mundo pressuram, in me pacem  
**Ibidē 14.** habetis. Sed confidite ego uici mundum. Pacem  
relinquo uobis, pacem meam do uobis, Non quo-  
modo mundus dat, ego do uobis. Non turbetur  
cor uestrum, neq; formidet, audistis quia ego dis-  
xi uobis, uado, & uenio ad uos. Et ero uobiscum  
omnibus diebus usq; ad consummationē seculi-

## LVCTA PIORVM.

**Iob. 7.** Militia est uita hominis super terram.

**Luce. 23.** Ecce Sathan expetiuit ut cibraret uos tan-  
triticum, sed ego pro te rogaui Petre, ut non de-  
ficiat fides tua, & tu aliquando conuersus cor-  
firma fratres tuos.

**Matt. 26.** Tentatio & colluctatio semper uobis erit,  
dum uiuitis cum hoste illo antiquo a dextris &  
sinistris, intus & foris. Adeo & internae tentatio-  
nes fere maiores & periculosiores sunt, quam  
externae. Quare uigilate & orate ne intretis  
in temptationem. Estote fortes in bello, & pugna-  
te cum antiquo serpente, & accipietis regnum  
eternum. Nemo coronabitur nisi qui legitime  
certauerit.

**1. Pet. 5.** Sobrii estote, uigilate, quia aduersarius uester  
Diabolus

LVCTA PIORVM. 61.

Diabolus tanq̄ Leo rugiens circuit, quærens quē  
deuoret, cui resistite fortes in fide, scientes ean= 1. CO. 10.  
dem passionē ei quæ in mundo est uestræ frater= 1. CO. 10.  
nitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui uoca= 1. CO. 10.  
uit uos in æternam suam gloriā in Christo Iesu,  
modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, soli= 1. CO. 10.  
dabitq;. Fidelis enim Deus qui non patitur uos  
tentari supra q̄ sufferre potestis, dabitq; cum ten= 1. CO. 10.  
tatione prouentum, ut sustineatis.

Non poteritis acrius his resistere malis, ex  
vincere, quam uerbo & oratione.

V E R B V M.

Omnis enim sermo Dei purgatus est, clipeus Pro. 30.  
iis qui fidunt eo.

Arx munita est uerbū Dei, currit ad eam iuu= Ebre. 4.  
stus, & defenditur.

Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & pe= Ebre. 4.  
netrabilior omni gladio ancipi, & pertingens  
usq; ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum,  
quoq; ac medullarum, & discretor cogitationū  
& intentionum cordis.

In pacientia uestra possidebitis animas ue= Esa. 30.  
stras.

In silentio & spe erit fortitudo uestra. Esa. 30.

H v Nolite

## LVCTA PIORVM.

Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinē.

2. Para.

20.

2. Co. 10.

Non est enim pugna uestra, sed Dei. Non enim eritis uos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & uidebitis auxilium Domini super uos. In carne autē ambulantes, nō secundum carnē militamus. Nam arma militiae nostrarū non carnalia sunt, sed potentia Deo.

Ephe. 6.

Quare confortamini in Domino, & in potestate uirtutis eius. Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias Diaboli. Quoniam nō est nobis collectatio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequiciae in cœlestibus. Propterea accipite armaturā Dei, ut possitis resistere in dilectione, & in omnibus perfide stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induitiloricam iusticie, & calciati pedes in præparationem Euangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimae ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei, per omnem orationem, & obsecrationem orantes omnem tempore in spiritu, & in ipso uigilantes, in omnianstantia & obsecratione pro omnibus sanctis.

Oratio

# ORATIO.

62.

Amen amen dico uobis, si quid petieritis  
patrem in nomine meo, dabit uobis. Vsq; modo no-  
petitis quicq; in nomine meo. Petite et accipic-  
tis, ut gaudium uestrum sit plenum.

Ioan. 16.

Cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et  
clauso ostio tuo, ora patrem tuū in abscondito, et  
Pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi in  
propatulo. Orantes autē nolite multū loqui, sicut  
ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio  
suo exaudiantur. Nolite igitur assimilari istis. Scit  
enim pater uester quid opus sit uobis, antequam  
petatis eum. Sic ergo uos orabitis. Pater noster  
qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuū, adueniat  
regnū tuū. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo et  
in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis  
hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos  
dimitimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas  
in temptationem, sed libera nos a malo, Amen.

Matt. 6.

Quis uestrum habebit amicum, et ibit ad il-  
lum media nocte, et dicet illi. Amice, mutuo da  
mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit  
de via ad me, et non habeo quod apponam il-  
li. Et ille deintus respondens dicat. Noli mihi  
molestus

Luca. 11.

## LVCTA PIORVM.

m̄hi molestus esse, iam ostiū meum clausum est,  
et pueri mecum sunt in cubili, non possum sura-  
gere et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pule-  
sans, dico uobis, si nō dabit illi surgens, eo quod  
amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius  
surget, et dabit quotquot habet necessarios. Et  
ego uobis dico. Petite et dabitur uobis, querit  
et inuenietis, pulsate et aperietur uobis. Omnis  
enim qui petit accipit, et q̄ querit, inuenit, et pul-  
santi aperietur. Quis autem ex uobis patrem  
petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut pis-  
cem, nunquid pro pisco serpentem dabit illi? Aut  
si pecierit ouum, nunquid porriget illi scorpio-  
nem? Si ergo uos cum sitis mali, nos tis bona dona  
dare filiis uestris, quanto magis Pater uester ca-  
stis dabit spiritum bonum petentibus se.

Lucæ. 15, Oportet semper orare et non deficere. Ita  
dex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum  
non timebat, et hominem nō reuerebatur. Vidi  
autem quædam erat in ciuitate illa, et ueniebat  
ad eum dicēs. Vindica me ab aduersario meo. Et  
nolebat per multum tempus. Post hęc autem di-  
xit intra se. Et si Deum non timeo, nec hominem  
reuereor, tamen quia molesta est mihi hęc uida  
uindicabo illam, ne nouissimo ueniens suggillet  
mibi

L V C T A P I O R V M .

63.

mibi. Audite quid iudex iniquus dicit. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis & Dico autem uobis, quia cito faciet uinculum illorum.

Si quis autem uestrum indiget sapientia, postule Iaco. 1. a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non im= probat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans, Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a uento mouetur, & circumfertur. Nō ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid a Domino.

Quicquid pecieritis credentes accipietis.

Orate pro inuicem ut saluemini. Multū enim Iacob. 5. ualeat deprecatione iusti assidua. Elias homo erat similis nobis, pascibilis, & oratione orauit, ut nō plueret tantum in terra Achab regis Israel super terram & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cœlum dedit pluviā & terra dedit fructum suum.

Prope est omnibus inuocantibus eum, omni= Psal. 144. bus inuocantibus eum in ueritate. Voluntatem ti= mentium se faciet & deprecationem eorum ex= audiens & saluos faciet eos. Et omnis qui spe= Psal. 90. rauit in me, liberabo eum, protegam eum, quo= niam cognovit nomen meum. Clamauit ad me, &

## ORATIO.

ego exaudiam cum, cum ipso sum in tribulatio-  
ne, eripiam eum & glorificabo eum. Longitudo-  
ne dierum replebo eum, & ostendam illi salutem  
meum.

Due sunt partes orationis, promissio scis-  
licet & fides. Primum promissio Domini respi-  
cienda est illiq; plena fides habenda.

Est secundum Dei uoluntatem petendum, si  
illlico non dabitur quod petitur, non ideo desistet  
dum nec desperandum est. Sed magis magisq; insi-  
stendum. Non est Domino praefigenda metus, ne  
statuendum tempus. Dominus suo tempore da-  
bit, profert autem ut probet fidem, ut uidem  
in muliere Cananæa. Quod si omnino denegatur  
id quod petitur sciat se secundū Dei uoluntatē  
non pecuisse, ut sunt exemplo filii Zebedeti, qui  
audiunt, nescitis quid petatis. Peccatores enim  
Deus non exaudit.

Et si id nō datur quod petitur, certe longe me-  
lius dabitur. Quemadmodum ego passurus,  
horto orans patrem, ut si fieri posset auferret  
me passionis calicem ne biberem, ita tamen ut fid  
sua uoluntas, non sum exauditus, Sed longe me-  
lius dedit, ncmpe redemptionē ac salutē hominū.  
Tandem, Impia si queuis turbat tentatio mentem,

Ad Domini uerbum cor cito flecte tuum,

## O R A T I O.

64.

Quod quæ promittit, certo tibi dicta putato,  
Crede tibi iusto tempore cuncta dari.  
Non poteris melius Dominum pia dona rogare.  
Quam simul arbitrio cuncta dedisse suo.  
Sic pecuit constans lepra correptus adusta,  
Hac Cananæa fide Centurioq; rogat.  
Iam ego negocio, officioq; perfuncto, af=

cendo ad patrem meum & patrem uestrum De=

um meum & Deum uestrum.

Ego iam abeo nobilis ille in terram longin=

quam accipere mihi regnum & reuerti, uos im=

terim pro uestra uocatione negociamini dum ue=

nio, talenta quæ tradidi uobis ut serui fideles &

strenui date ad usuram, state succincti lumbos

uestros, tenentes candelas ardentes in manibus

uestris in aduentum meum. Vigilate, quia nesci=

tis quæ hora uenturus sim, sero an media nocte,

an in gallicantu, an mane, ne cū uenerim repen=

te, inueniam uos dormientes, & quos inuenero

paratos introducam mecum ad nuptias, negligen=

tes autem relinquam, & proiiciam in tenebras

exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium, per=

petuus horror mentis & cruciatus animi. De die

autem illo uel hora, nemo scit, neq; angeli in cœ=

lo, neq; filius, nisi pater. Quod uobis dico om=

nibus dico, uigilate.

Signa

## ORATIO.

Signa autem quæ prædixi futura ante aduentum meum, iam præterierunt, non est quod moremini alia. Helias iam uenit & restituit omnia, Euangelici concionatores in spiritu & uirtute Eliæ restituunt quicquid per hæreticos & Papæ regnum deuastatum erat.

**2. Thes. 2** Reuelatus est homo peccati, filius perditus qui aduersabatur & extollebatur supra omnem quod dicitur Deus imperfectus ē spiritu oris mei.

**Matth. 24** Euangelium regni prædicatur in uniuerso orbe. Signa in sole, luna & stellis ad literam & spiritum effecta sunt. Verbum linguae & bona literæ florent. Ficulnea floret & cæteræ arbores. Sol obscuratus est, Verbum hactenus adulteratum, & depravatum est traditionibus hummanis. Luna non dedit lumen suum. Ecclesia credentium coarctata fuit. Stellæ cadunt de celo. Multi doctores uerbi ut uidebantur, & egregii doctri deficiunt a uera doctrina fidei ad sectas, adsertores liberi arbitrii. Anabaptistæ, sacramentarii &c, qui hactenus pro stellis & luminibus mundi habiti sunt. Virtutes cœlorum manifestentur. Veri doctores fidei coguntur reluctari suarmeris. Pestilentiae, & fames, & terremotus, inundationes maris & fluctuum per loca extant. Pressuræ gentium, exactiones, bella & ruines.

## ORATIO.

65

Mores bellorum in professo sunt. Abundat ini-  
quitas, & refrigeruit charitas multorum, nihil re-  
stat, quam fraudes, doli mali, & circumuentio-  
nes simplicium. Putas ne cum uenerit filius homi Luca. 18.  
nis inueniet fidem in terra?

Prohibentes nubere, iubentes abstinere a ci-  
bis. 1.Timo.4.

Fames audiendi uerbum Domini iam dudum Amos.8.  
in terra fuit.

Cecidit cecidit Babilon illa magna mercetrix, Apo.19.  
Roma Draco serpens antiquus, qui est diabolus Turca.  
& Sathan, ligatus per annos mille, iam solutus ē  
modico tempore.

Et prædicatur iam Euangeliū regni in uni- Matt. 24.  
uerso orbe, in testimoniu omnibus gentibus. Ergo  
iam ueniet consumatio seculi. Iam reliquum nihil  
est quam aduentus meus. Beati qui expectant eū.

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Domi-  
nus uester uenturus sit. Sicut enim fulgor exit ab  
oriente, & paret usq; in occidentem, ita erit &  
aduentus filii hominis.

Cū dixerint pax & securitas, & tuta omnia,  
tunc repentinus superueniet eis intcritus. Matt.  
16. Filius hominis ueniet ut laqueus & fur in no-  
tice.

I. Et tunc

## ORATIO.

Matt. 24. Et tunc plangent omnes tribus terrae & debunt filium hominis uenientem in nubibus cum iuriate multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius a quatuor uentis, a summitate cœlorum usq; ad terminos eorum. Et mortui magni & pusilli stabunt in conspectu throni, libri aperiētur, et alius liber aperietur, qui est liber uitæ. Et iudicabūt mortui ex his quæ scripta sunt in libris, secundum opera eorum. Et dabit mare mortuos suos, qui in eo erunt, & & infernus dabunt mortuos suos, qui in ipso erunt & iudicabitur de singulis secundum opera ipsorum. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuidem, sicut pastor segregat oves ab hædis. Et statuet oves quidem a dextris suis, hædos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Dicet & hi qui a sinistris erunt, Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis eius. Quoniam qui bona fecerunt, opera scilicet misericordiae, ibunt in uitam æternam. Qui uero mala egerunt, ibunt in ignem æternum.

Apo. 20.

Matt. 25.

GRATIARVM ACTIO. 36.  
eternum. Opera enim illorum sequuntur illos.  
Sapien. 5. Tunc stabunt iusti in magna constan-  
tia, &c.

### H O M O .

Gratias tibi ago optime Iesu Christe pro  
summis tuis erga me beneficiis, qui me perditum  
hominem gratuito seruasti. De cætero precor, ne  
me a fide & gratia tua relabi permittas, quin  
usq; dum uiuimus, serues nos ab omni malo, re-  
cipiasq; ab hac uita in uitam eternam. C H R I-  
S T V S Flet. H O M O . Amen.

## GRATIARVM ACTIO.

O quam suavis est Dominus spiritus tuus in  
omnibus. Ideoq; hos qui errant ex parte cor= Sapien. 13  
ripis, & de quibus peccant admones, & allo-  
queris, ut relicta malicia credant in te Domine.

I ii Bonum

## GRATIARVM

- Psal. 118. Bonum mihi quia humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas.  
Priusquam humiliarer ego deliqui.
- Iere. 31. Castigasti me Dominus & eruditus sum, quasi iuuenulus indomitus. Postquam enim conuersti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percusi fœnum meum. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.
- Lucæ. 2. Magnificat anima mea Dominum. & exultuit spiritus meus in Deo salutari meo.
- Benedictus Dominus Deus Israel, quia uisitauit, & fecit redemptionem plebis suæ &c.
- Psal. 8. Domine Deus noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.
9. Cōfitebor tibi Domine in toto corde meo, narrantabo omnia mirabilia tua. Lætabor & exultab in te, psallam nomini tuo altissime.
17. Diligam te Domine fortitudo mea, Dominum firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus.
53. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.
45. Deus noster refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus

## ACTIO.

67.

tribulationibus quæ inuenierunt nos nimis.

Omnès gentes plaudite manibüs, iubilate Deo Psal. 45.  
in uoce exultationis.

Nonne Deo subiecta erit anima mea ? ab ipso 61.  
enim salutare meum. Nam & ipse Deus meus sus-  
ceptor meus, non mouebor amplius.

Deus deus meus, ad te de luce uigilo. Sitiuit 62.  
in te anima mea q̄ multipliciter tibi caro mea.

Iubilate Deo omnis terra, Psalmū dicit: Deo 65.  
nomini eius, date gloriam laudi eius.

Confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi,  
& inuocabimus nomen tuum. 74.

Quā dilecta tabernacula tua Domine uirtutū, 83.  
cōcupiscit et deficit anima mea in atrio Domini.

Benedixisti Domine terram tuam, auertisti  
captiuitatem Iacob. Remisisti iniquitatem plebis 84.  
tue, operuisti omnia peccata eorum.

Qui habitat in adiutorio altissimi, in prote-  
ctione Dei cœli commorabitur. 90.

Dicet domino susceptor meus es tu, & refugi-  
um meum Deus meus sperabo in eum.

Bonum est confiteri domino, & psallere no- 91.  
mini tuo altissime.

Venite exultemus domino, iubilemus Deo salu-  
tari nostro. Preoccupemus faciem eius in con-  
fessione, & in Psalmis iubilemus ei. 94.

I iii Cantate

## GRATIARVM

Psal. 98.

Cantate domino canticum nouum, cantate deo  
mino omnis terra. Cantate domino, & benedic  
nomini eius, annunciate de die in diem salutari  
eius. Annunciate inter gentes gloriā eius, in omni  
bus populis mirabilia eius.

97.

Cantate domino canticum nouum, quia mira  
bilia fecit. Saluauit sibi dextera eius & brach  
ium sanctum eius. Notum fecit dominus salutari  
suum in conspectu gentium reuelauit iusticiam  
suam.

98.

Iubilate deo omnis terra, seruite domino in  
laetitia. Introite in conspectu eius, in exultatio  
ne. Scitote quoniam dominus ipse est deus, ipse fe  
cit nos & non ipsi nos. Introite portas eius in  
confessione, atria eius, in hymnis confitemini illi.  
Laudate nomen eius quoniam suavis est dominus  
in eternum misericordia eius, & usq; in genera  
tione & generationem ueritas eius.

102.

Benedic anima mea domino, & omnia qua  
intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima  
mea domino, & noli obliuisci omnes retribui  
ones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatii  
bus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

104.

Confitemini domino, & innocate nomine eius  
annunciate inter gentes opera eius.

Confite

## ACTIO.

68.

Confitemini domino quoniam bonus, quoni=  
am in eternum misericordia eius.

105.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, in  
consilio iustorum & congregatione.

116.

Laudate pueri dominum, laudate nomen do=  
mini. Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc  
& usq; in seculum.

112.

In exitu Israel de Ægypto, domus Iacob de  
populo barbaro. Facta est Iudea sanctificatio  
eius. Israel potestas eius.

113.

Couertere anima mea in requiem tuā, quia do  
minus benefecit tibi. Quia eripuit animā meā  
de morte, oculos meos a lachrymis, & pedes meos  
alapsū. Placebo domino in regione uiuorum.

114.

Quid retribuā domino pro omnibus que retrī  
buit mihi? Calicē salutaris accipiā, et nomen do  
mini inuocabo. Vota mea domino reddam &c.

115.

Laudate dominum omnes gentes, laudate eū  
omnes populi. Quoniam confirmata est super  
nos misericordia eius, & ueritas domini manet  
in eternum.

116.

Confitemini domino quoniam bonus, quoni=  
am in seculum misericordia eius.

117.

I illi Dicat

## GRATIARVM

Dicat nunc domus Israël quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc omnes qui timent dominū, quoniam bonus, quoniam in seculū misericordia eius.

De angustia inuocavi dominū, & exaudit me in latitudinem.

Dominus mihi adiutor, & non timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.

Melius est confidere in dominū, q[uod] confidere in hominem.

Melius est confidere in dominum, q[uod] sperare in principes.

Omnis gentes circumierunt me, & in nomine domini uindicauit in eas.

Circumdantes circumdederunt me, & in nomine domini uindicauit in eas.

Circumdederunt me sicut apes fauum, & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini uindicauit in eas.

Impulsus eversus sum ut caderem, & dominus suscepit me.

Fortitudo mea & laus mea dominus, & gloriabitur in me.

Huius est mihi in salutem.

Vox exultationis & salutis in tabernaculis  
iustorum.

Dexter a domini fecit uirtutem, dexter a domi-  
ni exaltauit me, dexter a domini fecit uirtutem.

Non moriar sed uiuam, & narrabo opera' do-  
mini.

Castigans castigauit me dominus, sed morti  
non tradidit me.

Aperite mihi portas iusticie, ingressus in eas  
confitebor domino.

Hec porta domini, iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & fa-  
tus es mihi in salutem.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic  
factus est in caput anguli.

A domino factum est istud, & est mirabile in  
oculis nostris.

Hec est dies quam fecit dominus, exultemus  
& letemur in ea.

O domine salua nunc, o domine bene prospice  
nunc, benedictus qui uenit in nomine domini.

Benediximus uobis ex domo domini, deus do-  
minus & illuxit nobis.

Constituite diem solennem in condensis usq; ad  
cornua altaris.

GRATIARVM

Deus meus es tu et confitebor tibi, deus meus  
es tu et exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me, et fia-  
cilius es mihi in salutem.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam  
in seculum misericordia eius.

Psal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in le-  
ge domini.

In quo corrigit adolescentior uiam suam, ad  
custodiendo sermones tuos.

123. Nisi quia dominus erat in nobis, dicat nra  
Israel.

124. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion  
non commouebitur in aeternum, qui habitat in Hie-  
rusalem.

125. In conuertendo dominus captiuitatem Sion  
facti sumus sicut consolati.

126. Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum ui-  
borauerunt, qui ædificant eam.

128. Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea.

133. Ecce nunc benedicite domino, omnes serui do-  
mini.

134. Laudate nomine domini, laudate serui domini.

135. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam  
in seculum misericordia eius.

Confitebor

## ACTIO.

80.

- Cōfitebor tibi domine in toto corde meo, quo= 137.  
 niam audisti omnia uerba oris mei,
- Domine probasti me, & cognouisti me, tu 138.  
 cognouisti sessionem meā, & resurrectionē meā.
- Benedic̄tus dominus deus meus rex, qui docet 143.  
 manus meas ad præliū, & digitos meos ad bellū.
- Exaltabo te deus meus rex & benedicam no= 144.  
 mini tuo in seculum & in seculum seculi.
- Lauda anima mea dominum, laudabo dominū 145.  
 in uita mea, psallam deo meo q̄ diu fuero.
- Laudate dominū, quoniam bonus est psalmus. 146.
- Lauda Hierusalem dominum. Lauda deum 147.  
 tuum Sion.
- Laudate dominum de cœlis, laudate eum in 148.  
 excelsis.
- Cantate domino canticum nouum. 149.
- Laudate dominū in sanctitate eius. 150.
- Lauda Sion saluatorem, lauda ducem, & 151.  
 pastorem in hymnis & canticis.
- Quantum potes, tantum aude, quia maior 152.  
 omni laude, nec laudare sufficis.
- Grates nunc omnes reddamus domino deo, 153.  
 qui sua natuitate nos liberauit de diabolica po=  
 testate. Huic oportet ut canamus cum angelis,  
 semper gloria in excelsis.

Huic

HVC REFEREN<sup>D</sup>  
DÆ SVNT VNIVERSÆ FERE  
HISTORIÆ ET PARABOLÆ  
ex sacris bibliis, ut uideas quam in  
uno consistat scopo tota  
scriptura sacra, nem=   
pe lege & Euani  
gelio.

- P**rimum lapsus Adæ.  
Noe diluuium. Oblatio Isaac.  
Vexatio filiorum Iacob ab Ioseph incognito.  
Redemptio filiorū Israel de manu Pharaonii.  
Serpens Æneus.  
Oppug= nantes signant legē Bella filiorum Israel aduersus Moabitas,  
Ammonitas, Amorreos, Cananeos, Philisteos, &c.  
& Satha nam. Victoria David de Goliad.  
Samsonis potentia.  
victores Persecutio David e Saul.  
Christum Parabola Nathan ad David ab adulterio.  
& Euan= gelium. Translatio & reducio filiorum Israel a cap<sup>ta</sup>  
tuitate Assyrica & Babilonica.  
Obsidio Ezechiae ab exercitu Sennacherib.  
Egrotatio Ezechiae.  
Tobiæ restitutio uisus.

Anno

Ana liberatio a septem demoniis.  
Judith uictoria de Holoferne.

71.

Intentatio mortis in Iudeos per uniuersas terras  
ex delatione Aman, quo suspenso Iudei libe=

rantur per Hester.

Plaga Job & restitutio sanitatis.

De sposo & sponsa in Canticis.

Intentatio mortis in Susannam, & liberatio per

Daniellem.

De Antiocho &c. Et Iuda Machabeo.

De filio prodigo & perduto. Luce. 15.

De debitore centum millia talentorum. Matt. 18.

De muliere passa fluxum sanguinis. Matt. 9.

De ove perdita. Matt. 18. & drachma.

De Samaritano qui curauit vulneratum a latro=

nibus. Luce. 10.

De muliere Cananæa. Matt. 15.

De muliere deprehensa in adulterio. Ioan. 8.

De hydropico. Luce. 14.

De Paralytico. Matt. 9.

De leprosis. Matt. 8. & Luce. 17.

De coecis. Matt. 20.

De demoniacis. Matt. 8.

De filio mortuo. Luce. 8.

De suscitate Lazari. Ioan. 11.

De filio Reguli. Ioan. 4.

Deseruo

De seruo Centurionis. Matt. 8.

De periclitantibus discipulis in mari, dormientibus  
Christo. Matt. 8.

De conuiuio in domo. Matt. 9.

De ægroto sanato in probatica piscina. Ioan. 5.

De surdo & muto. Mar. 7.

De cæco nato. Ioan. 9.

De muliere incuruata. Lucæ. 13.

De coena magna. Lu. 14.

De publicano. Lu. 18.

Hæc omnia arguunt hominem perditum post  
legem. Et redemptum per Euangelium & mortem  
Christi.

Huc poteris referre quos suis locos communis  
nes, scilicet de lege & Euangelio.

De libero arbitrio.

De inferno.

De morte æterna.

De uita æterna.

De fide, spe, & charitate.

De cruce, tentatione, & persecutione.

De oratione.

De carne & spiritu.

De ueteri & nouo homine &c.

Quorum definitiones proxime uides.

Petri

P E T R V S A R T O P O E V S  
Lectori S. D.

Q Va nūis scio plerosq; conscripsisse locos com-  
munes, eosq; satis copiose & signate expli-  
casse, ut facile cuius faciant satis, & dubia sol-  
uant, in literis sacris uersanti, ita ut operepre-  
cium non est nouos subinde contexere. Nec ego  
hos ea cauſſa in compendium contraxi ut noui  
quicq; in medium adducerem, cum nullum est di-  
ctum, quod non dictum sit prius, Sed ut pueror-  
um animos & ingenia in pietatis negocio ex-  
ercentur. Simulatq; id nostræ partes sunt, pue-  
rictiam, tum sacris tum ciuilioribus literis effor-  
mare. Quare primum erit eos ad Christum per-  
ducere, deinde linguam, moresq; formare. Id  
denuo mihi uidetur officium præceptoris postu-  
lare, eaq; puto denuo ratione facilius &  
fructuosius posse inter pueros uer-  
sari, studiaq; fore tanto  
felicia.

Definitiones

# DEFINITIONES

ALIQUOT LOCORVM COM-  
MVNIVM IN LITERIS SA-  
cris pro pueris & primis tyroni-  
bus d'iaλογισμων  
Petro  
Artopoēo Authore.

**Quis nos creauit?** Deus.

**Quid nos damnauit?** Peccatum.

**Quis nos redemit?** Iesus Christus.

**Quid est nobis Deus?** Pater per Christum.

**Quid nos?** Eius Filii.

**Quid est Deus?** Est infinita substantia, quae solo uerbo creauit, & seruat omnia. Hoc ergo Deus est, quod in eo pectore colit. Dii sunt uices. Exo. 21.

**Quid est Deus alienus?** Quicquid preter rerum Deum colimus, & quod nos alienat seu distractit a Dei uerbo.

**Esa. 10.** **Quid est fides?** Est bonus affectus & plena confidentia in Deū per Christum, ex Dei uerbo. Ebre. 11. **Est sperandarum rerum substantia,** argumentum.

## LOCORVM COMMV.

73.

argumentum non apparentium.

Quid spes? Est constans expectatio, eorum,  
que per fidem concepimus ex uerbo Dei. Ro. 5.  
Spes non confundit.

Quid charitas? Est fructus fidei, bonus ad= 1. Cor. 13.  
fectus, & beneficentia erga proximum. Alias  
opera misericordiae. Matt. 25.

Quid Lex? Est uiua uoluntas, seu quoduis  
mandatum Dei, tam in nouo quam in ueteri testa-  
mento. Alias sceptrum exactoris. Litera secun-  
dum Paulum Lex spiritualis est, peccatum ostendit, Iram Dei operatur, & paedagogus est ad  
Christum.

Quid Euangeliu[m]? Est bonum nuncium, seu  
quæuis promissio Dei de Christo, cæterisq[ue] bonis  
que erigit, & serenat conscientiam, tum in ueteri,  
tum nouo Testamento. Roma. 1. Est uirtus Dei  
ad salutem omni credenti. Alias habet uarias ap-  
pellationes metaphoricas.

Quid pius? Est qui habet fidem & timorem

Domini.

Quid inpius? Est qui diffidit & contemnit Deū.

Quid Christianus? Qui credit in Christum  
& uiuit secundum ciuius uerbum.

K

Quid

DEFINI. ALIQVOT.

Quid ethnicus, seu gentilis? Qui non uite nobiscum iisdem legibus & fidei, seu qui aliunde quam a Christo querit salutem.

Hereticus autem est qui diuersum adserit & sentit a doctrina fidei.

Quid regnum cœlorum? Est ubi prædicatur, suscipitur, & fert fructus uerbum Dei, cuius rex Christus est. Gala. 5.

Gala. 5.

Quid mundus? Est uulnus citra uerbum Dei, ubi contemnitur & persecutionem patitur, uerbum Dei, ubi est omnium uiciorum congeries, cuius princeps & Deus Sathan est. Ephe. 2. 2. Col. 2. 14. Alias est mare feruidū, quod quiete non potest. Esa. 57.

Quid uerbum Dei? Est decreta sententia, statum, & uoluntas Dei, & Deus ipse. Ioan. 1.

Alias est gladius spiritus, gladius anceps, ignitus, murus ferreus, turris fortis, arx munitionis, ignis consumens, Triticum, Virga oris Domini, Spiritus oris Domini, mysterium, oraculum, arcana secretum Domini.

Quid traditiones humanae? Quicquid rationis hominis citra Dei uerbum comminiscitur, statim

LOCORVM COMMV.

74.

statuit, ut uideatur pium. Alias zizania, palea.  
Frustra colunt me docentes & seruantes man=

data hominum. Matt. 15.

Quis bonus? Est qui habet spiritum, & uer=

Matt. 19.

bum Dei, Quia nemo bonus nisi Deus.

Quis malus? Qui non habet spiritum & uer

bum Dei, huiusmodi sumus natura omnes. Ro. 7.

Non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum.

Quis iustus? Est qui habet fidem, quia fides

sola iustificat. Alias iustus est hypocrita, iusticia=

rius operum. Matt. 9. Non ueni propter iustos.

Quis iniustus? Qui caret fide.

Quid uita eterna? Est gustus gratiae & mi=

sericordie Domini, & pax conscientie, cuius ad=

factus ardorem ad Deum accedit spiritus san=

ctus in cordibus fidelium. Alias uita eterna est

cognoscere uerum Deum, & quem misit Iesum

Christum. Qui uidet filium, & credit in eum,

habet uitam eternam. Ioan. 5.

Quid mors eterna seu infernus? Est perpe=

tius horror conscientie ab ira Dei, quem exau=

get Sathan. Sapient. 5. Alias infernus est sum=

ma tentatio quae fere dicit ad desperationem.

2. Re. 2. Dominus deducit ad inferos & reducit.

K ü Appellatur

## DEFINI. ALIQVOT.

Matt. 5.

¶ 13.

Iob. 17.

Appellatur et ignis Iehennæ, Caminus ignis, tenebrae extiores, ubi est fletus et stridor dentium, et summa desperatio de misericordia Domini. Accipitur et infernus pro sepulchro.

Quid benedictio Domini? Est fauor, gratia auxilium, et beneficentia Domini.

Quid maledictio? Est ira, furor, et priuatio omnium bonorum Domini.

Quid bona conscientia? Est animi pax, gaudium, sensus bonitatis Domini per fidem in Iesum Christum. Roma. 5. Esa. 57. ¶ 35. Nil consere sibi, nulla pallescere culpa.

Quid mala conscientia? Est interna perpetratæ malitiae ustio et cōsternata mens, alias ueritas. Esa. 66. Herpya. Quinti. Est præsentis, pernicioſissimusq; hostis. Hora. Nam comes att. premit, sequiturq; fugacem.

Quid est ueritas? Christus ipse, uerbum Dei et quicquid cum ipso congruit. Ego sum ueritas, et uita. Ioan. 13. Sermo tuus ueritas est. Ioan. 17. Ciuilis ueritas est, ubi cum re consentaneo.

Quid est mendacium? Quicquid aduersari ueritati, et uerbo Dei, ut humanæ traditiones. Omnis homo mendax.

LOCORVM COMMV.

75.

Quid timor Domini? Est filialis metus, et  
ultronea ex fide obseruatio, ne quid cōmittamus  
aduersus Deum, eiusq; uerbum, ne benignum pa-  
trem offendamus. Quia ultro damus operam, ut  
uiuamus ad eius mandatum, semper arbitrantes  
quasi ubiq; habcamus Deum, cogitationum, dilec-  
tione et factorum præsentem inspectorem. Hic  
timor addit sapientiam, benedictionem Domini,  
et expellit peccatum, crebro in Prover. Salo-  
nensis timor. Est terror mentis impiorum ab  
ira Dei per legem. Roma. 8. Et cū oderunt pec-  
care mali formidine pœnae.

Quid contemptus Domini? Est neglectus et  
paruipensio præceptorum Domini, ex corde im-  
picio, peccandiq; libido, et radix omnium iicio-  
rum. Quod inultum Deus non relinquit, quia for-  
tis zelotes est ut cernere est in Exodo. Nu. &c.

Quid gratiarum actio? Est meminisse bene-  
ficiorum Domini, eiq; omnia accepta referre.  
Alias sacrificium laudis. Psal. 49.

Quid murmur seu ingratitudo? Est cū dis-  
plicent nobis Dei opera, obliuiscimurq; eius be-  
neficentie. Exo. 16. & 17.

Quid spiritus sanctus? Est affectus animi bo-

K iii nus

**DEFINI. ALIQUOT**

nus, & diuinus ardor mentis, semper erectus ad  
Dominii uerbum. Integer, sincerus, purus, uir-  
tuosus, omnia bene interpretans, omnibus bene-  
uolus. Eius fructus sunt omnes uirtutes. Gala. 5.

**Quid spiritus malus?** Est affectus animatus  
lus, semper Deo, eiusq; uerbo aduersus, uiciose,  
omnia male interpretans. Eius fructus sunt quoque  
uicia. Gala. 5.

**Quid angelus bonus?** Est nuncius aut quadi-  
uis per quod Deus aliquid efficit boni.

**Quid Sathan, angelus malus?** Est aduersari-  
us Dei, operarius omnis malitiae & iniuriae.  
Alias Diabolus, Cacademon.

**Quid Crux?** Est quemque molestia, additio cuius-  
uis uocationi, & uitæ generi, ex fide & uerbo  
Dei, cum res non cedit ex sententia. Alias dissi-  
plina, correptio, castigatio, uirga & baculus  
Domini in prouer, & Psal. Crux Christi est ei-  
us passio, & prædicatio passionis.

**Quid uoluptas?** Est uitæ securitas, cum De-  
us sinit nos nobis, nullaq; nos uexat molestia pro-  
pter fidem & uerbum. Idem inuenire & saluare  
animam suam. Matt. 10.

**Quid peccatum?** Est cuiusvis mandati trans-  
gressio, & innata malitia, & ad malitiam pro-  
penſio.

LOCORVM COMMV. 76.  
penso, Omnis citra fidem actio: Roma. 14.

Quicquid ex fide non est, peccatum est. Est  
et ipsa diffidentia in Deum. Est et Dei igno=  
rancia, contemptus, operum suorum confiden=

tia et c. Ioan. 16. De peccato autem, quia non  
crederunt in me.

Originale peccatum est, quod hereditaria pro=

pagatione ex uitiosa Adae natura concepimus.

Quid poena et culpa? Culpam est ipse reatus  
peccati. Poena est premium et castigatio pec=

cata, ut sunt omnia uitia, damna, pestes, pericula,

errores. Dominus culpam remittit per fidem. Poe

nam quodammodo ex parte seruat ad carnis

correptionem, ut appareret in omnibus filiis Adae,

et in adulterio Davidis. 2. Regum.

Quid innocentia? Est animus nullius peccati

reus, et sibi conscientia, que parit in nobis fides in

Christum. Nil conscire sibi nulla pallescere cul=

pa. Nihil mihi conscientia sum. 1. Cor. 4.

Quid spiritus? Est affectus seu uerbum Dei, Ioan. 3.

Quicquid carnem seu rationem excedit. Ioan. 6. Gala. 3.

Verba que loquor uobis spiritus et uita sunt.

Alias quicquid spirat et uiuit. Psal. 150. Omnis

spiritus laudet Dominum. Alias est uentus.

DEFINI. ALIQ VOT

**C**aro quid? Est omnis affectus, cor, mens,  
et cogitatio hominis, et quicquid potest totius rationis uiribus, citra uerbum Dei. Et tulus ipse homo. Alias animalis, rationalis homo. Roma. 6.  
Litera et carnalis intellectus. Ioan. 6. Caro non prodest quicquam, spiritus est qui uiuificat.

**N**ouus homo quid? Est homo fide, et uerbo per spiritum Dei renatus. Ioan. 3.

**V**etus homo quid? Est affectus citra fidem secundum rationem, ut sumus omnes naturaliter a parentibus nati. Colos. 3. Ephe. 4.

**Q**uid beatus? Cui bene est, cuique cum Deo omnibusque creaturis bene conuenit.

**Q**uis Miser? Cui male est, cuique omnia sunt aduersa, nec bene cum Deo, creaturisque conuenit.

**Q**uis pauper? Qui de se non potest magnificare, et gloriari, omnique praesidio destitutus est. Alias humilis, esuriens. Qui aduersa premitur fortuna.

**Q**uis diues? Qui nullius eget in salutis negotio, copiaque abundat. Alias superbus, potenti ebrius, Qui secunda uititur fortuna.

**Q**uid sapiens? Qui cognoscit Deum, cuius uerbum

LOCORVM COMMV. 77.  
uerbum, omniaq; consulit, & facit secundū Dei  
uerbum.

Quid stultus? Qui temere pro suo fertur ani-  
mo, nihil respicit, nihil consulit, non se corrigere  
sinit, sed temere pergit ut cœpit, cedat bene ne-  
an male, nihil pensi habet de Dei uerbo, illudq;  
ignorat & negligit. Stulticia Dei est prædica-  
tio crucis Christi, & iustificatio ex fide. Sapi= 1. Co. 3.  
entia autem carnis, est stultitia apud Deum.

Quid puer? Est impius, aut in pietatis nego-  
cio rudis & inexercitatus. Sit natu maior aut mi-  
nor. Eccle. 10. Væ terræ cuius rex puer est. Esa.  
63. Puer centum annorum morietur.

Quid senex? Qui in uerbo Dei est eruditus,  
& exercitatus, integre, honesteq; uiuit, qui habet  
morum canicem, & autoritatem scientiamq;  
uerbi Dei. Alias πρεσβύτερος.

Quid Christus? Est unctus rex & sacerdos  
ad defensionem, & reconciliationem suorū. Hinc  
Christiani sunt uncti reges & sacerdotes. 1. Pet. 2

Quid Antichristus? Est aduersarius Christi,  
qui ipsius abrogat gloriam, quippe quod non sit  
rex & sacerdos suorum.

Quid Oratio? Est ardens animi desiderium  
K v ad Deum

DEFINI. ALIQVOT

ad Deum, ex quauis necessitate proficisciens, secundū fidem, ad promissiones Dei. Alias eleuatio manuum, desideriū, clamor & gemitus pauperū.

Quid tentatio? Est fidei probatio, & exercitatio uerbi. Alias uirga & baculus Domini, aut disciplina, cū res nō succedit pro nostra sententia.

Quid desperatio? Est cum in temptatione adversis succubimus, mente prosternimur, animi abuicimus circa misericordiam Domini, cum nulla usquā adfulget spes emergendi, uide murq; plane oblii & abiecti a Domino. Job. 7. Desperauit. Simpliciter desperatio est spēi abiectio. Supra Quid spes.

Quid uocatio? Est functio ad quam nos Dominus, aut publicus consensus, seu proprius arsor mentis destinavit. Alias quoduis uitae genus, in quo exercemus fidem & charitatem. Vocari ad regnum Dei, est audire uerbum. Eligere est credere uerbo. Matt. 20.

Quid prædestinatio? Est secreta Diuini consilii ad uitam eternam electio. Prædestinati, & uocati sunt ad uitam eternam, qui audiunt & suscipiunt Dei uerbum. Roma. 8.

Quid Liberum arbitrium? Est hominis exterrita

LOCORVM COMMV. 78.  
terna agendi libertas, & naturalis actio in rebus  
humanis. In spiritualibus non item. Adeo & in  
naturalibus non penitus nisi Deus concedat.

Quid templum Dei ? Cor pium, & ubi colit  
Deus, Ecclesia. 1. Corin. 3.

Quid Ecclesia Christi ? Est conuentus seu  
consensus hominum de Dei uerbo & fide in Ie-  
sum Christum.

Quid Ecclesia Sathanæ ? Est impiorum unio,  
& consensus aduersus Dei uerbum.

Quid Sabbatum ? Est cessatio a nostris operi-  
bus in salutis negotio, subiectoq; Diuinæ uolun-  
tatis & actionis. Esa. 66.

Quid terra fluens lacie & melle ? Est omniū  
rerum abundantia.

Quid gratia ? Est benevolentia, fauor, sim-  
pliciter donum gratis datum preter merita.

Quid merita seu opera ? Est recusatio gra-  
tie, nostræq; industriae confidentia in salutis ne-  
gocio.

Quid nomen Domini ? Est quicquid spectat  
ad Dominū, seu quævis appellatio Dei. Item eius  
gloria, honor, maiestas. Verbū & membra Chri-  
sti corporis, & quiduis additio Dei nomine.

Quid

DEFINI. ALIQ VOT

Quid seruire Deo ? Est uiuere ad eius uerbum, in ipsum credere, omnia ad eius gloriā reſſerre, & uiuare proximum.

Quid seruire Sathanæ ? Est refragari uerbo, seruire mammonæ, suo uentri, suis concupiſcentiis, mundo, carnalibus adfectibus.

Quid adorare Deum ? Est extero gestu honorem exhibere, eiq; supplicare.

Quid credere in Deum ? Est se penitus in omnibus rebus illi committere, certumq; apud animum habere, quicquid ille promiserit.

Quid ieunare ? Est cauere ne corpus uenimus crapula & ebrietate, caste, pudice, & sobrie uiuere, abstinere a uiciis, corpus in seruū tem redigere, eiq; necessaria tantum tribuere.

Matt. 10. Quid sequi Christum ? Est credere in ipsum, eiusq; doctrinam obſeruare, & imitari, & sequi quocunq; duxerit, aut uocauerit, & ferre quicquid imposuerit.

Matt. 10. Quid relinquere sua, uendere, & abnegare ? Est quasi non sua apud animum reputare, libens terq; ob Christi professionem, si res ita postulat amittere, uxorem, liberos, parentes, patriam, dominum, agros, deniq; res omnes, adeo & ſeſe perire.

LOCORVM COMMV. 79.  
eulis exponere si necessitas urget, propter nomē  
Christi, & Euangeliū professionem.

Abnegare sese. Est ingenui profiteri suos  
tonatus, & opera nihil ad salutem facere. Adeo  
& penitus suum Adam cum omnibus affectibus  
necare.

Quid est uisitare? Bifariam capitur in bo=  
nan & malam partem. Dominus uisitat pios be=  
nedictione, ubi confert beneficia, ut Dominus ui=   
situuit plebem suam. Luc. 7. Inde tempus uisita=  
tionis. Matt. 25. Dominus uisitat impios male=   
dictione, ubi impietatis dant pœnas, ut uisitans ini=   
quitatem patrum in filios, in tertiam & quartam  
generationem. Exo. 20.

Quid manus Domini? Potestas seu uirtus Do <sup>I.</sup> Pet. 5.  
mini piis in bonum, impiis in malum. Brachium  
potentiam signat & Christum. Esa. 53. Digi=   
tus est spiritus sanctus. Luc. 13. Alias manus sig=   
nat copias, seu exercitus. Misit Herodes rex ma=   
nus ac tenuit Ioannem.

Quid oculi Domini? Est respectus, cura, sol=   
licitudo, clementia, defensio, misericordia Domi=   
ni erga pios. Vultus est obseruatio Domini in  
uindictam impiorum. Oculi Domini super iustos,  
& aures

DEFINI. ALIQUOT

Psal. 33.

*E*& aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala etc.

Psal. 50.

Facies signat fauorem, benevolentiam, exhalationem Domini. Avertente autem te facies tuam turbabuntur, & in cinerem suam conuertentur. Ne proiicias me a facie tua. Os Domini emphasis habet, cum Prophetæ addunt uerbi suis autoritatem inquiunt. Os Domini loquuntur, quasi non homo, sed Dominus dicit.

Alias facies est superficies, ut facies terra abysii. Item externa apparentia, ut nolite iudicare secundum faciem. Facies iræ, furoris Domini, est sensus. Item præsentia, aspectus, iudicium. Ut sileat omnis terra a facie Domini, ut cerasus quescit a facie ignis, sic peribunt peccatores a facie Dei.

Quid oculus hominis? Est ratio seu sapientia carnis. Matt. 6. Oculus simplex, est ratio crudita uerbo. Matt. 6. Oculus nequam est depravata ratio, & iniurientia erga proximum de donis. Matt. 20.

Alias oculus, manus, pes dexter, sunt deditissimi & charissimi amici. Matt. 5. & 18.

Quid pedes? Sunt adfectus. Ro. 10. Esa. 40. Quam speciosi pedes Evangelizantium. Pedes corum

LOCORVM COMMV. 80.

erum in malum currunt. Esa. 59. Et lauare pe-  
des, est iniucem bonos dare affectus. Ioan. 13.

Quid scandalum, seu offendiculum? Est of-  
fensio seu depravatio doctrine, & uitæ, fidei, &  
charitatis. Matth. 18. Væ mundo a scandalis.  
Oportet uenire scanda. Qui scandalizauerit  
unum ex istis, expedit ei ut suspendatur a collo  
eius mola ast. &c. Ioan. 6. Alias scandalizan-  
tur impii uerbo. Matt. 13. & 24. Item, qui ad tem-  
pus credunt, & in tempore tentationis & di-  
uerse persuasionis recedunt.

Quid hypocrita? Est sub pretextu pietatis Matt. 23.  
impius. Inde hypocrisis ficta sanctitas.

Quid inuidus? Est qui uritur alterius fœlici-  
tate, nec facile fert alium præ se augeri Dei do-  
nis, ut Cain Abel, Saul Dauidi, Ioab Amasæ. Sed  
Ioannes non inuidebat successori Christo, cum  
inquit, Illum oportet crescere, me autem minui.  
Nec Jonathas inuidebat Dauidi.

Quid est dormire Deum? Cum uidetur nos  
in tentatione deseruisse, nec nos iuuare. Sic dor-  
miebat Christus in naui discipulis periclitib[us].  
Sic et exuscitat Dauid Dominum, Exurge, quare  
obdormis Domine.

Idem

**DEFINI. ALIQUOT.**

**Idem est abire Christum, Nisi ego abiero, p  
ræcletus non ueniet ad uos.**

**Quid est dormire homines ?** Cum sunt secuti  
de uerbo Dei, stertunt, respuunt, & negligunt  
illud. Matt. 13. Alias obdormire in Domino, ej.  
in fide mori. Acto. 7.

**Quid uigilare ?** Est uerbum & fidem exer-  
cere.

**Quid fortuna ?** Est fatum seu euentus iux-  
diuinam uoluntatem citra humanam prouiden-  
tiam. Ludit in humanis diuina potentia rebus.  
Alias funes, sors.

**Quid frater ?** Qui mecum habet communia-  
patrem Deum.

**Quid frater infirmus ?** Qui quidem mecum  
habet eandem fidem in Deum, fauctq; Euange-  
lio, ceterum circa quedam uacillat.

**Quid proximus meus ?** In quē exerceo op-  
charitatis, aut qui eget meo auxilio.

**Quid Dominus ?** Qui seruum habet, & im-  
perium exercet. Ut qui imperat uiciis, uoluptu-  
tibus &c. Dominus est uiciorum. Sic per fidem  
in Iesum Christum imperium exercemus in sa-  
thanam, mortem, peccatum, Ergo ipsorum De-

LOCORVM COMMV. 81.

mini sumus. Qui utitur Sabbato ad necessitatem.  
Dominus est Sabbati.

Quid Servus? Qui dominum habet, nec sui  
iuris est, aut obsequitur alicuius uoluntati. Ut qui  
facit peccatum, seruus est peccati. Inuicem serui  
sumus. Sic Paulus se seruum Christi appellat. Idē  
est Diaconus œconomus, dispensator, minister.

Quid seruus fidelis? Qui fidem habet, & gna-  
uiter suum officium facit, pro sua uocatione.

Quid piger? Qui non fudit Deo, negligit su-  
am uocationem, & fastidit crucem.

Quid magistratus? Est quæuis legitima po-  
testas inter homines, ordinata a Deo ad defensio-  
nem boni, & prohibitionem mali secundum ius  
& equum. Roma. 13.

Quid Tyrannus? Est iniquus magistratus  
qui pro suo fertur animo & astu.

Quid matrimonium? Est legitimus uiri &  
mulieris concubitus iuxta ordinationem & pre-  
ceptum Dei. Gene. 3,

Quid Adulterium? Est illegitimus uiri, mu-  
lierisq; cōcubitus, huc refer species, stuprum, in-  
cestum, fornicationem.

L Quid

DEFINI. ALIQVOT

Quid est humanum? Quicquid ratio & natura hominis peruestigare & efficere potest, regere familiam, rempub. ædificare, rerum naturas scrutari, atq; de his disputare.

Quid Diuinum? Est quicquid ratio homini scrutari & assequi non potest, nisi cui Deus concesserit, ut fide remitti peccata, & nos saluari per crucifixum Deum, Deum nostrum esse tam rem in aduersis. Esse iustum cum finit bonis mala, & bonis malis euenire &c. Alias secretum, arcanum, mysterium.

Quid est caro & sanguis? Est periphysatio hominis. Matt. 16.

Quid sollicitudo? Est argumentum diffiditiae in Deum. Matt. 6. Nolite solliciti esse &c. Hæc omnia gentes inquirunt. Sollicitudo fiduci prohibetur, Sollicitudo charitatis in cuiusq; curatione præcipitur.

Est & sollicitudo praesentis crucis iudicii, quomodo aliquis rideat adflictus? Lugebitis & flebitis uos. Ioan. 16.

Quid lætitia? Est signum confidentie in Deum. Contra est & uoluptatis indicium. Væ quod nunc ridetis. Luke. 6.

LOCORVM COMMV. 82.

Quid est peccatum in Patrem & filium? Est  
refragari uerbo Dei per errorem bono zelo, ut  
Paulus.

Quid peccatum in spiritum sanctum? Est ubi  
resistitur aperte, cognitæ, & perspicue uerita-  
ti, Diffiditur apertis Dei promissis. Et despera-  
tur a Dei misericordia.

Quid Zelus? Ira amore permixtus, ut pater  
irascitur filio, attamen amat. Sic uir uxori. Inde  
zelotypia.

Quid corpus Christi? Ecclesia credentium  
cuius ipse caput est. Christi corpus plus carnis  
quam ossium habet, hoc est, plus sunt infirmiores  
quam fortiores in fide. Alioqui corpus Christi  
est sacramentum Eucharistie.

Quid est edere carnem & bibere sanguinem  
Christi? Est credere Christum pro nobis natum  
& passum esse. Ioan. 6.

Quid uirgo, honesta mulier seu sponsa Chri-  
sti? Est anima credens in Christum, & honeste  
uiuens ad eius uerbum. Ecclesia credentium. Ie= 2. Cor. II.  
rusalem quæ sursum est natale nostra. Galat. 4.

Quid meretrix? Est anima infidelis, quæ ali-  
unde quam a Christo querit salutem, deficiens a  
L ii uerbo

DEFINI. ALIQUOT

Icre.2. uerbo & fide, ad traditiones humanaas. Alias adultera, fornicaria, mulier clamosa, falsa doctrina, hominis ratio, passim apud Prophetas.

Matt. 16. Quid anima? Est uita seu quicquid uiuit.

Quid uirtus? Est habitus uoluntatis bonus. Singularis industria & energia. Estq; mediū uitiorum utrinq; reductum. Virtus est uitium fugere. Alias fructus spiritus. Virtus omnis in actione consistit. Regnum Dei non est in sermoni sed in uirtute, id est effectu. 1. Corin. 4.

Quid uitium? Est corruptae naturae, scilicet huius hominis actio, & habitus uoluntatis mali. Pau. Ro. 7. Non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Ergo quicquid est in nobis boni, ex Deo est.

Quid signa? Sunt confirmationes uerbi, certaque signacula. Addita uerbo ualent, citra uerbum non item, ut pellicium Adæ, arcus foederis, Circumcisio, &c. Baptismus & Eucharistia.

Quid Baptismus? Est aquæ immercio, per intentie seu uitæ renouatæ signum, Aut pignus remissi peccati per Christum, alias aqua mundans purificans lauacrum regenerationis. Roma. 6. Titum 3.

Quid

LOCORVM COMMV.

83.

Quid Eucharistia? Est uerum corpus & san-  
guis Christi, a Christo Christianis ad uescendum  
institutum in argumentum remissionis peccatorū  
per Christum.

Quid nouissima tēpora? Sunt in quibus Pro-  
phetarum uaticinia, & ueteris testamenti figure  
de Christo expletæ sunt, Iam deinceps nude, syn-  
cere, clare, & perspicue de ipso predicatur ad  
mundi finem usq;. Alias quæ uocat Paulus no-  
uissima tempora. I. Timo. 4. & 2. Tmo. 3. sunt  
tempora, mox præcedentia finem mundi, & diem  
iudicii Domini, in quibus iam nos uiuimus.


Quid consumatio seculi, aut finis mundi?  
Est cum status seu habitus huius mundi & uicissi-  
tudo temporum præteribit, cum cessabit ætas &  
hyems, nox & dies. Gene. 10. Roma. 8.

Quid Dies Domini? Sunt comitia seu con-  
ciliatio omnium hominum ab Adam usq;, quando  
Dominus noster Iesus Christus cum uirtute mag-  
na & maiestate extremā omnibus iuxta sua fa-  
cta dicet sententiam æquam & irrefragabilem,  
tum piis tum impiis, aut ad eternum supplicium,  
aut ad perpetuam fœlicitatem, cuius participes  
faciat nos Iesus Christus, Amen.

L iii Ad hæc

Ad hæc πρεγγός Panis cibū & sustentationem. Vinum lætitiam. Mel & lac dulcedinem. Oleum misericordiam & gratiam Euangeliū designat. Esa. 55. In Canticis. Summa. Quoniam proprie de Deo , diuinisq; rebus loqui non possumus. Scriptura sacra metaphorice, similitudinariae & περιφερακτικῶς loquitur. Quod qui obseruat , facile uersabitur in lectione & interpretatione sacra.

VITE BERGÆ PER  
GEORGIVM  
RAV.  
D. M. XXXIIII.



0978456